



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

1001
B665



LIBRARY
UNIVERSITY OF CALIFORNIA



JANE K. SUTHER
LIBRARY FUND.

Accession 766f
CLASS B665

SUBIECTA REI CUM ACTIONIS VERBIS
 CONIUNGENDI USUS
 QUO MODO IN PRISCA, QUAE VOCATUR, LATINITATE
 SIT EXORTUS ET PROLATUS USQUE AD TEMPORA
 CICERONIANA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHURUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

25

~~GUILIELMUS~~ BOCK
 COESFELDIENSIS.



LIPSIÆ
 MDCCCLXXXIX.

SATHER

PARENTIBUS CARISSIMIS

SACRUM

PARS I.

§ 1.

De subiecto rei cum verbis agendi coniuncto quid sentiant viri docti.

Notissimum est illud praeceptum grammaticorum nostratum libris frequentatum, quo latine scribentes subiecta rei cum verbis, quae actionem significant, coniungere vetantur. nam quamquam nos patrii sermonis usu assueti res sive abstractas sive concretas personarum instar habere facile patimur, Romani severiore cogitandi ratione astricti parcius illa licentia usi sunt. de hac quidem re nemo dubitabit; neque tamen facile est, accuratius regulam describere. grammatici nostri omnes fere rem leviter tetigerunt; inter quos nomino Handium, qui nostram quaestionem praestrinxit in libri sui, qui inscribitur „lehrbuch des lat. stils“ ed. 2 pg. 162, his verbis:

„die neueren sprachen ersetzen sich in ihrer grösseren abstraction die anschaulichkeit dadurch, dass sie den abstracten begriff als einen lebendigen gegenstand betrachten und mit dem worte ein verbum activum verbinden. im lateinischen greift dies sogar in das gesetz der reinheit über, da viele wörter abstracter begriffe eine solche selbstthätige belebung und personifizierung nicht zulassen. hier kann nur die vertrautheit mit dem sprachgebrauch uns belehren, wie weit die anwendung des an sich möglichen gestattet wird, und ob die verbindung nur mit einem passivum zulässig war. die spätere

latinität gewann auch hier mehr freiheit und umfang. — man kann nicht sagen philosophia agit de finibus bonorum et malorum, wohl aber in philosophia agitur . . . ; dagegen Cic. de senec. 6, 15 a rebus gerendis senectus abstrahit.“ —

deinde R. Klotz in libro suo „handbuch der lat. stilistik“ (Leipzig 1874), § 25 adn. 5 de nostra quaestione haec dicit:

„mit grosser vorsicht hat man ferner darauf zu achten, dass bei verbindung eines zeitwortes mit einem substantivbegriff immer die reinheit des ausdrucks gewahrt bleibe. z. b. sagt man mit Cic. Att. 11, 14 non me offendit veritas litterarum tuarum; — id. ep. VI, 1, 11 simus igitur ea mente, quam veritas et ratio praescribit. auch sagt man ratio cogit, oder ratio aperit. man sagt ferner fabula docet; dies me deficiat, si velim narrare; res postulat; causa talem iudicem requirit; condicio rei eum patronum desiderat.

aber falsch war es, anzunehmen bei Cic. Caec. 10, 30 visus est mihi primo veterator intellegere praeclare, quid causa optaret, statt quid causae obstaret. — aus gleichem grunde war es schon in mehrerer hinsicht gegen die reinheit der lateinischen sprache und die gesundheit des ausdrucks, wenn es Sall. Iug. 41, 3 heisst: scilicet ea, quae secundae res amant, lascivia et superbia incessere.

den dichtern war solche rede nachgelassen; aber sie haben dessen ungeachtet, je besser sie waren, einen um so beschränkteren gebrauch davon gemacht.“ —

paulo accuratiora leguntur apud Seyffertum in „palaestra Ciceroniana“, (ed. 5) mater. II, cap. IV, § 12, 3. qui praecepto ipso proposito ea exempla, in quibus omittitur regula, diversas in classes segregat. quae sunt:

- 1) Graecia, quae semper haec summa duxit, pro „Graeci“ sim.
- 2) omnes honestates consentiunt; — summorum viro-
rum auctoritas efficit; al.; in quibus personale sub-
iectum circumscriptum est subiectis rei.
- 3) proverbium monet, — res monet, — res postu-
lat, — causa requirit — sim.

fusius vero rem tractat Naegelsbachius in libro suo „lateinische stilistik für Deutsche. [in edit. 7 ab Ioanne Muellero edita

pg. 478 sq. eorum, quae disputavit Naegelsbachius, summa integra repetitur paucis quibusdam mutatis.] qui contendit, in eis exemplis, ubi subiecta rei cum verbis coniuncta sint, quae actionem significant, scriptores imitatos esse poetarum dicendi genus. — usi igitur sunt figura, quae vocatur prosopopeia. — neque tamen severis regulis circumscribi posse, quatenus in prosa oratione progredi liceat in poetis imitandis, sed scribentium voluntate et genere dicendi maximam fieri varietatem.

concedit tamen, quaedam exemplorum genera et classes proferri posse, ubi omnes scriptores in subiectis rei cum verbis actionis coniungendis consentiant. quorum exemplorum quattuor potissimum distinguit genera:

- 1) animi quaedam affectio vel conditio ita eminere videtur, ut ipsius personae partes agat. cf. Liv. 21, 8, 8 hinc spes, hinc desperatio animos irritat.
- 2) substantivum abstractum subiecti loco positum est, cum actioni ipsi maior tribuenda sit vis quam personae. cf. Cic. me scriptio et litterae non leniunt sed obturbant.
- 3) personificatio tum suo loco est, cum agitur de rebus publicis et litteris. sed semper certae sunt notiones, quibus propria est personificatio, ut sententia, disputatio, argumentatio, consuetudo, sim. cf. Caes. bell. civ. 2, 30 erant sententiae, quae co- uandum omnibus modo castraque Vari oppugnanda cense- rent. — Cic. Acad. 2, 3, 7 neque nostrae disputationes quicquam aliud agunt, nisi ut — eliciant — aliquid, quod aut verum sit, aut ad id quam proxime accedat. — Cic. fin. 2, 15, 48 ut enim consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum....
- 4) huc pertinent artes et litterae, quae ipsae eius, quae aliquid agat, personae vice fungi videntur. cf. Cic. fin. 3, 2, 4 agricultura eas res, in quibus versatur, nominibus notavit novis. —

hoc modo quamquam res non male a Naegelsbachio definita est et descripta, tamen ea, quae protulit, nondum sufficiunt; namque quaerendum est, quod subiectum rei cuique verbo, quod actionem significet, ex Romanorum consuetudine coniungere liceat.

cui rei ut satisfaceret, C. Ahlénus in dissertatione sua „de subiectis rei apud Ciceronem cum verbis, quae actionem significant, coniunctis“ (Upsaliae 1877) multum operae et laboris consumpsit, ut Ciceronianorum exemplorum magnam vim conferret.

quae dissertatio quamquam non inutilis est, tamen Ahlénus exemplis magis coacervatis quam discretis non multum lucis quaestioni attulisse, sed potius tenebras offudisse mihi videtur. inprimis mea quidem opinione multo melius nostra de re meritis esset, si id copiosius proposuisset, quantopere et quo modo discrepent in regula observanda varia Ciceronis scriptorum genera; quam quidem quaestionem in praefatione pg. 6 paucis praestrinxit neque tamea absolvit.

§ 2.

De meae dissertationis consilio et ratione.

Ahléni dissertatione qualiscunque est mihi materia praebetur, ut id, quod mihi proposui, ad finem possim perducere.

agam enim eadem de re. sed proficiscar a prisco sermone Latino, et perscrutabor, quantum illic valuerit praeceptum; tum demum copiis Ahlénianis usus comparabo Ciceronianam Latinitatem.

quam tractandi rationem defendam vix opus est. namque nisi temporis progressus rationem habemus, quaestionis institutae quae sit vis atque potestas, perspicere non possumus. si vero omnes, qui fuerunt ante Ciceronem scriptores, in disceptationem vocarem, materia latius pateret et maioris esset laboris. angustiis praeterea dissertationis circumscriptus a me impetrare non possum, ut rem totam absolvere coner. neque mea opinione omnino necesse esse videtur, ad eum finem quaestionem nostram me perducere. etenim id summi momenti est, eruere, quo modo usus priscae Latinitatis subiecta rei usurpandi differat a consuetudine Ciceroniana, quae vocatur, Latinitatis. quod grave munus suscipiam, quamquam non sum ignarus, quanti sudoris sit, omnes non solum omnium priscae Latinitatis scriptorum libros eorumque fragmenta, quae ad nos pervenere, perscrutari, verum etiam inscriptiones, quatenus huc per-

tinent, inspicere. minus interest, quid cuique inter ipsos Ciceronis aequales hoc in genere proprium sit, indagare. qua in quaestione interim satis habebō, Varronis exempla comparavisse.

quibus praemissis paulo copiosius disseram de tota dissertationis ratione.

etenim in quaestione tractanda non Ahléno astipulatus in enumerandis exemplis priscae Latinitatis actionis verba, quae aliqua contineantur similitudine, singulis comprehendam classibus, sed subiecta rei colligam atque discernam et inter septem quidem genera, de quibus infra accuratius erit agendum; non vero distinguam substantiva abstracta et ea, quae sunt concreta, id quod fere semper inutile est. atque re vera satis esse videtur cognosce, numerum subiectorum rei, quae sunt substantiva concreta, esse perparvum prae eis, quae sunt substantiva abstracta, id quod natura fert. si vero pluris interest, ea discernere, quod nonnunquam accidit, occasionem ea accuratius tractandi oblatam non omittam.

tum ita superare conabor Ahlénum, ut historiam quasi regulae nostrae describam. etenim ostendam, quo modo, quando, a quibus initiis subiecti rei cum verbis actionis coniungendi usus sit exortus, et quo modo a Varrone et deinde a Cicerone longius sit prolatus atque excultus¹⁾.

quod ut facilius explicare possim, omnia exempla in septem segregabo classes:

- 1) regulae neglectae exempla, quae orta sunt ex consuetudine a Romanis frequentata deorum et dearum ex substantivis abstractis fingendorum.

qui Romanorum usus cum latissime pateret, facile accidere potuit, ut scriptores eadem substantiva abstracta tum quoque subiecti loco ponerent, si non personas sed res abstractas intelligebant. cf. Plaut. Pers. 621 servitus mea mi interdixit.

1) per se apparet me non omnia collatarum esse exempla Varroniana et Ciceroniana, si de Varronis et Ciceronis dicendi usu dicam, sed ea tantum, ex quibus satis colligi possit, maxime differre Ciceronem et Varronem et scriptores p. L. in subiectis rei usurpandis, praesertim cum innumerabilis sit exemplorum numerus, id quod maxime attinet ad Ciceronianam Latinitatem. cuius rei testis est Ahléni dissertatio, quae iam volumen amplissimi circuitus est.

ab hac origine denique ad substantiva animus, natura, ratio, sim. subiecti loco usurpanda progressi esse videntur.

- 2) exempla rerum naturalium subiecti loco cum verbis agendi coniunctarum, quibus rebus Romanorum opinione deorum quaedam vis suberat, quae actionem efficiebat. cf. Plaut. Pers. 165 ab saxo avortit fluctus ad litus scapham.
- 3) exempla, in quibus substantivum abstractum collectivum positum est pro eis personis, quae eo continentur; exempli causa iuventus = iuvenes.
saepius deinde notioni personali, ut distinctius definiatur, notio impersonalis subiecti loco additur; exempli gratia numerus, multitudo, notiones sim. — quae quidem notiones saepius solae tamquam subiecta usurpatae inveniuntur, ut legio, manus, exercitus etc.
- 4) locutiones, quae formulae sunt vulgaris sermonis (res monet, — id me impedit, sollicitat, sim.), — aut e sermone cuiusdam ordinis hominum sumptae (lex vetat, — iubet), quas scriptores postea aliis subiectis suppositis imitati sunt, cf. occasio, tempus admonet. quae classis praeter alia comprehendit ea genera, quae statuit Naegelsbachius sub nr. 3 et 4.
- 5) maxime notione dignum est, in eis verbis, quae cum subiectis rei frequentius copulantur, notionem actionis paulatim exstingui, (sicut omnibus orationis figuris saepe usurpatis ita assuescere solent homines, ut sermonem figuratum omnino non sentiant). vid. exempli causa verba evenire, contingere, sim.
- 6) exempla, in quibus actio vel conditio personae ita eminet, ut ipsius personae partes agat. cf. Plaut. Capt. v. 301 vis hostilis cum istoc fecit meas opes aequabiles. — vid. Naegelsbachii genera sub nr. 1 et 2.
- 7) saepius etiam poeta vel poeta comicus consulto personificatione usus est. cf. Plaut. Asinar. 518 lingua poscit, corpus quaerit, animus hortat, res monet. — „ Mil. glor. 6 ne lamentetur, neve animum despondeat (sc. machaera).

omnia, quae hic summatim dicta sunt, in altera dissertationis parte accuratius describam, ita ut singularum classium prooemia praemittam, quibus de uniuscuiusque exemplorum classium quasi primordiis et gradibus disputabo.

§ 3.

Paulo accuratius disserendum erit de verbis, quae significant statum vel condicionem, et eam quidem ob causam, quod haec a verbis actionis distinguere difficillimum est. quae cum ita sint, etiam viri docti in discernendis verbis persaepe in magno errore versari videntur. itaque certe non supervacaneum est, de actionis verborum natura accuratiora adnotasse.

atque ante omnia nobis cavendum est, ne vim atque potestatem verborum agendi latioribus circumscribamus finibus. quod mea opinione fecit Haasius in tomo priore libri sui, qui inscribitur „vorlesungen über lateinische sprachwissenschaft“. — (Leipzig 1874) pg. 96 sq. — omnia enim verba, quae tertia flectuntur coniugatione, nominat verba actionis, quod omnibus exprimitur motus, eamque ob causam actio.

equidem omnino aliter iudico. si enim de verbo actionis dicimus, id significet necesse est actionem, quam persona quaedam sua ipsius voluntate atque arbitrio aut efficere aut non efficere soleat. exempli gratia consideremus verbum serendi: videlicet actio serendi sine eius, qui serit, voluntate fieri nequit. verbo cadendi contra primum non tam continetur actio quam motus. homo enim, qui cadit, non agit, sed patitur aliquid. deinde huius motus causa movens non est hominis voluntas, sed casus quidam.

apparet igitur, verbum cadere esse verbum actionis nequire. neque minus elucet, illud verbum non exprimere „esse in statu quodam tranquillitatis“, cf. verba iacere, sedere, al., quae vis atque potestas Haasii iudicio sola est eorum verborum, quibus status vel conditio significetur.

itaque necesse est, verborum, quae statum expriment, notio- nis fines longius proferamus, ita ut praeter statum quiescendi etiam distinguamus quasi evadendi, movendi statum. quam continent praeter cadendi verbum multa

alia. primum quidem non pauca primae coniugationis eiusdem modi sunt, ut sonare, tonare, crepare etc., et nonnulla quartae coniugationis, vid. tinnire, hinnire, mutire, sim., quae verba saepissime onomatopoeia exorta sunt. denique huc referenda sunt verba tertiae classis, ut fluere, ruere, urere. sed non est omittendum, ea verba persaepe etiam habere actionis notionem, cf. ruere, urere, sim.

iam vero transeamus ad ea verba, quae statum quiescendi significant, ut pendere, virere, callere, florere, iacere, madere, al. huc antiquissimis temporibus Haasii opinione pertinebant omnia verba, quae secunda flectuntur coniugatione. sed pergit deinde Haasius l. l. : „dennoch können sie meistens einen accusativ annehmen, wie callere aliquid, horrere, stupere, flere, dolere. so ist es auch bei anderen, welche das sein in einem gewissen körperlichen zustande oder stellung ausdrücken. wenn nun das sein in solcher stellung einen gegenstand ergreifen kann, so dass er zum obiecte wird, so werden die verba dadurch transitiv; aber nichts desto weniger drücken sie ursprünglich eine ruhige nicht nach aussen wirkende lage aus. so ist terrere eine abschreckende lage oder aussehen haben, — videre die augen offen haben etc.“ —

ex quibus Haasii verbis cognoscimus, haec status verba saepius esse reddita verba transitiva i. e. verba actionis, quae in nostra dissertatione tractanda sunt.

hoc modo satis diligenter ac subtiliter notionem verborum, quae statum significant, exposui, ut nemo dubitare possit, verbum quoddam utrum sit potius inter numerum verborum actionis an eorum, quae statum exprimant, habendum.

adnotatio :

verba, quae statum significant, cum actionis verbis etiam aliam habent communionem atque similitudinem, quae spectant ad subiecta, quae eis adduntur. namque non promiscue ea cum subiectis coniungi possunt.

etenim :

- 1) non raro quiescendi vel evadendi verba sunt eius modi, ut quadrare videantur ad solas personas vel ad substantiva concreta. notandi igitur erunt ei loci, ubi leguntur exempli causa substantiva abstracta; mos viget; valetudo decrescit; — gliscit rabies; sim.

2) item erunt afferenda ea exempla, ubi verba, quae personis solis tribui posse videntur, adduntur subiectis rei. ea sunt verba vivere, dormire, silere, al. exempli gratia Cicero scripsit: eius mihi vivit auctoritas; sim.

hanc quidem quaestionem in adnotatione tetigi, ut demonstrarem, multa adhuc superesse, antequam tota regularum subiecti summa est inventa atque explicata.

PARS II.

Classis I.

Primae classis exemplorum ut naturam atque rationem cognoscamus, respiciendum nobis est ad Romanorum, quam habebant et deorum et earum opinionem. est enim notum, Romanos non solum deos habuisse, qui et coelum et mare et terram imperio regerent, verum etiam quascunque volebant notiones, potissimum eas, quarum vis atque potestas maior erat in variis vitae conditionibus, sibi personas et deos et deas finxisse. qua de re accuratius disseruit Varro in libro suo „antiquitatum libri XLI“; unde ampliora fragmenta satis multa in Augustini „de civitate dei“ libro conservata ad nostram pervenerunt memoriam.

atque is primum in diversas classes deos segregavit, qui comitantur ac tuentur homines per totam vitam a primo die usque ad postremum. inter quos exempli causa habendae sunt deae Opis vel Ops, Honos, Virtus, Pax, Paventia, Iuventas, Quies, Victoria. etiam Febris in numero eorum erat.

aliud deinde genus deorum sunt ei, qui agriculturae dei sunt praesides. neque deesse videntur dei, quorum tutelae et personae et negotia aliorum ordinum committebantur.

quae cum ita sint, non mirum est, Varronem nobis tradere, deorum numerum non minorem fuisse sex milibus.

cum vero bellis Punicis finitis simul cum Graecis artibus atque litteris philosophia Graecorum immigraret, non longe tempus aberat, quo plurimis deorum illorum vere Romanorum hominum ingenio exultorum non divini habebantur honores, quod perspexerant, quam

vana atque inanis esset tota illa opinio. attamen apparet, non statim deos patrios cessisse; in dies quidem magis magisque oblivione ob-
ruebantur, ita tamen, ut iam Varro quereretur, deorum Romanorum cultum atque religionem deleri non hostium impetu, sed civium contem-
ptione atque negligentia. cuius rei et testis est Cicero, qui ipse suam confitetur veteris religionis insoitiam et laudat Varronis Romanorum deorum honores restituendi studium in libro „academica“.
(„nos in nostra urbe peregrinantes errantesque tamquam hospites tui libri quasi domum reduxerunt, ut possemus aliquando, qui et ubi essemus, cognoscere. tu aetatem patriae . . . tu sacrorum iura, tu sacerdotum . . . disciplinam . . ., tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti.“).

sed frustra erat. nihil enim Varro consecutus esse videtur, nisi revocasse deorum nomina. non commovit Romanos, ut inter deos haberent, quos iam res et notiones esse intellexissent. neque aliter de eis Cicero sentit. quod optimo iure mea quidem opinione conicere possumus e loco, qui legitur in libro de nat. deor. II. 23. „quarum omnium rerum, quarum vis erat tanta, ut sine deo regi non posset, ipsa res deorum nomen obtinuit. quo ex genere Cupidinis et Voluptatis et Lubentiae Veneris vocabula consecrata sunt, vitiosarum rerum neque naturalium, quamquam Velleius aliter existimat, sed tamen ea ipsa vitia naturam vehementius saepe pul-
sant.“ —

quibus expositis unusquisque primum perspiciet, quo modo exortus sit in prisca Latinitate coniungendi substantiva abstracta cum verbis actionis usus. namque non notiones sibi cogitabant esse substantiva abstracta, sed personas. itaque optimo iure eis addebant verba, quae actionem exprimunt. quod non solum proprium est scriptorum vetustissimae aetatis, ut Livii Andronici, Naevii, Plauti, verum etiam ad omnes, qui priscae sunt Latinitatis scriptores pertinere videtur, quod vetus illa deorum opinio nondum omnino e memoria posteriorum evanuerat, praesertim cum poetae certe eam personificationem retinere studerent.

quae cum ita sint, non ineptum esse videtur conicere, et saepius eadem substantiva scriptores subiecti loco posuisse, si non de personis sed de rebus abstractis dicebant, quod scribentibus dei et deae ante oculos versabantur,

aliter vero rem se habere Ciceronis aetate, non minus perspicuum est. is cum ipse notiones solas, non personas intelligere vellet, non habebat, cur eadem uteretur dicendi consuetudine. itaque exempla Ciceroniana iam insignia sunt translatione actionis ad subiecta impersonalia. attamen imitatus est Cicero veteres scriptores, quod eorum dicendi usus omnibus in consuetudinem venerat. nulla alia causa Ciceroniani dicendi usus potest afferri. addendum denique est, Ciceronem non solum vestigia veterum scriptorum in imitando pressisse, verum etiam ultra fines consuetudinis eorum progressum esse, ita ut notiones, quae non leguntur in prisca Latinitate, cum verbis actionis consociaverit. quae prae aliis cognoscendae sunt.

Inter exempla secernimus haec genera:

- A) 1. subiecti vices gerunt notiones, quae fere semper a Romanis inter deorum et dearum numerum sunt habitae. eiusmodi sunt:

fortuna:

cf. Plaut. Pers. v. 515 nequiquam tibi fortuna faculam lucrifica adlucere volt; — „ Poenul. v. 623, 4 fortunati omnes sitis, quod certo scio, | nec fore nec fortunam id situram fieri; — Pacuv. incert. fab. v. 370 . . . quia nil cernat (fortuna), quo sese adplicet; — Acci Telephi v. 619, 20 nam si . . . fortuna eripere quivit; — „Persida“ f. v. 98 satin, ut quem cuique tribuit fortuna ordinem; — Ennii, incert. nom. reliq. v. 325 ubi fortuna Hectoris nostram acrem aciem inclinatam dedit; — eiusdem annal. v. 386, 7 in fit o cives, quae me fortuna . . . | contudit; — L. Aemil. Paul. Maced. orat. apud popul. de reb. in bel. Persic. gest. apud Valerium Maximum 5, 10, 2 . . . cum in maximo proventu felicitatis nostrae, Quirites, timerem, ne quid mali fortuna moliretur; — Plaut. Aulul. 102 adiit bona fortuna; ibidem v. 100 si bona fortuna veniat; — Enn. annal. lib. VII, v. 299 haud quaquam quemquam semper fortuna secuta est; — Plaut. Captiv. 304 me, qui liber fueram, servom fecit (fortuna) e summo infimum; cf. ibid. v. 828; Naev. carm. de bel. Punic. reliq. ex lib. incert. v. 69; — Enn. annal. lib. XIV, v. 386, 7 in fit o cives, quae me fortuna ferocem | contudit: indigno bello confecit acerbo. — Plaut. Captiv. 303 . . . fortuna humana fingit artatque, ut libet; — Enn. annal. lib. IX, 316, 7 . . . mortalem summum fortuna | re-

pente reddidit; — L. Aemil. Paul. Maced. orat. apud pop. de reb. etc. gestis cf. Liv. 45, 40 . . . itaque defunctam esse fortunam publicam mea tam insigni calamitate; Enn. annal. lib. VI, v. 205 quorum virtutei belli fortuna pepercit. — Var. sat. Menip. „Marcopolis“ [περι αραρης] 288 nemini fortuna curram a carcere intimo missum | labi inoffensum per aequor candidum ad calcem sivit¹⁾).

fors:

vid. Enn. annal. lib. IV, 203, 4 vosne velit an me regnare era, quidve ferat fors, | virtute experiamur; cf. Terent. Phorm. I, 2, 88; „Hecyr. III, 3, 10; Lucil. sat. lib. XIII, v. 4; Acci „Erigone“ f. v. 54 sed ubi ad finem ventum est, quo illum fors exspectabat loco²⁾); — eiusdem Medeae v. 422 fors dominatur.

ius:

cf. Enn. „Hectoris lutra“ f. v. 161 ius atque aequum se a malis spernit procul.

salus:

vid. Plaut. Capt. 524 neque iam salus servare si volt, me potest; „Cistel. IV, 2. 76; — „Mostel. 351 nec salus nobis saluti iam esse, si cupiat, potest; — „Mercat. 592 rediit salus; — ibid. 593 abiit salus; — ibid. 144 apage istius modi salutem, cum cruciatu quae adventit.

virtus:

cf. Plaut. Trucul. 494 facile sibi fecunditatem virtus argutam invenit; — „Mostel. 144 nunc simul res, fides . . . virtus . . . | deseruerunt; — „Amph. 649 virtus omnibus rebus anteit profecto³⁾); — Acci Nyctegresiae 492 illos suapte induxit virtus.

1) sivit Popma, sibit LW Guilelmus, subit Scaliger.

2) illum fors sectabatur Nonii Pal. fors illum sectabat Urbin. 308. illum exspectabat fors Voss. spectabat Buechelerus.

3) omnis res A ante it BJ ante it ex ante id D ante id E. — Ahlénus hoc loco verbi genuinam vim atque potestatem ita debilitatam esse intelligeret, ut non actionis significatio verbo hic subsit sed motus notio et ordinalis quidem quasi motus [cl. V.]. quam variationem Ciceronis tempore Ahlénus recte secernit a temporali motu, de quo infra exponam. — inter exempla, quae enumerat Ahlénus in dissertatione ne unum quidem affert, quod eius variationis est particeps. — in prisca vero Latinitate id suo loco non est. ea enim exempla primae classis adnumeranda sunt. concedendum quidem est, uno alterove loco iam in prisca Latinitate nos cernere

2) notionibus, ut animus, mens, natura, sim., tribuuntur personarum actiones.

animus:

cf. Enn. Iphigen. v. 178 otioso in otio animus nescit, quid velit; — eiusdem trgd. incert. nom. reliq. v. 361 . . . cupere nunquam desistit animus; — Plaut. Cistel. 212 animus meus audire expetit; — „ Trinum. 304 meum animum tibi servitutem servire, aequom censui; — Enn. trgd. incert. nom. v. 360 animus aeger semper errat; neque poti neque perpeti potis est; — Plaut. Epid. 538 estne ea annon ea est, quam animus retur meus; — „ Trinum. 306 . . . cum animus aequom censeat; „ Bacchid. 528 nam illud animus miratur meus; „ Rud. 614; — „ Asinar. 518 lingua poscit, corpus quaerit, animus hortat¹⁾, res monet; — Pacuv. Chrysis v. 78 propemodum animus coniectura de errore eius augurat; — Plaut. Merc. 1001 consuetudine animus rursus te huc inducet; — Terent. Phorm. I, 3, 18 beatus, ni unum desit, animus, qui modeste istaec ferat; — „ Heaut. Tim. I, 2, 34 verum ubi animus semel se cupiditate devinxit mala; — Plaut. Trucul. 376 rediit animus cf. Terent. Hecyr. 347; — Plaut. Epidic. 569 . . . remigrat animus nunc demum mihi²⁾; — Plaut. Mil. glor. 1343^a animus hanc modo hic reliquerat; — Enn. Iphigen. 190 incerte errat animus; cf. trgd. incert. nom. reliq. v. 360; — Plaut. Trinum. 310 tu si animum vicisti potius, quam animus te sc. vicit; — Terent. Hecyr. 311 . . . qui eos gubernat animus; Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 570 . . . animus cum pectore latrat; — Terent. Heaut. Tim. IV, 1, 1 nisi me animus fallit.

posse quasi transitum modificatae notionis verbi. cf. Plaut. Asinar. 629 ut vestrae fortunae meis praecedunt, Libane, longe; — sed ei perpauca sunt numero.

1) hortat Acidalius, quod optime quadrat ad insequens „monet“, orat libri. — atque re vera suo iure Ribbeckius hic et alio loco (Asinar. 518 idem exemplum repetitur) activam verbi defendit formam, quod medialem verborum deponentium, quae vocantur, notionem nondum tum extinctam fuisse, mihi persuasi; eamque ob causam subjecta rei eo magis ab eis erant aliena. et alias saepius auctores activam formam prae mediāli eligere videntur, si subjecta rei adduntur. cf. Liv. Andronic. „Aegistheus“ fab. v. 13, 4 quin quod parere [mihi] vos maiestas mea | procat. — sed non possumus contendere, id cessisse scriptoribus priscae Latinitatis in consuetudinem, etsi fere semper eius rei rationem habent.

2) remicat (vel minus probe remigat) an . . . demum A.

anima:

Enn. annal. lib. I, 11, 2 et post inde venit divinitus pullis | ipsa anima; — Acci Phoenis. 605 cum . . . anima corpus liquerit.

mens:

Plaut. Trinum. 639 neque mens officio migrat; — Appii Claud. Caec. verba, quae versibus persecutus est Ennius: quo vobis mentes dementes sese flexere viae; — Var. sat. Menip. „Prometheus liber“ 427 levis mens nunquam somnurnas imagines | ad-fatur.

ingenium:

Pacuv. Periboeae v. 306 neque tuum te ingenium moderat.

natura:

Q. Caecil. Maced. 3 orat. de prole augenda Gell. 1, 6 1) sed quoniam ita natura tradidit; — Terent. Andr. 795 ut fert natura; — Var. de ling. lat. lib. V, § 61 et potius ver expectat (sc. natura); — ibid. § 74 in altera (zona) natura ad nascenda cum imbre et frigore luctare non volt; — ibid. § 108 quae suapte natura ferebat; — „rer. rust. lib. III, XVI, 7 sic his floridos et incultos natura adtribuit montes; ibid. 3; sat. Menip. „Modius“ 316 quo natura aurigatur, non necessitudo.

ratio:

Plaut. Amph. 670 rationem te ductare, intelligo; — Terent. Adelph. V, 3, 50, 1 bonae tuae istae nos rationes, Micio, | et tuos iste animus aequos subvertat.

voluntas:

Plaut. Merc. 321 hoc non voluntas me impulit; — Caecil. Stat. Pausimachi v. 135 edepol voluntas homini rarerent venit; — Terent. Phorm. prolog. v. 29 voluntas vestra si ad poetam accesserit.

cogitationes:

Cic. Mil. 2, 9, 79 liberae sunt enim nostrae cogitationes et quae volunt sic intuentur¹⁾.

1) nonnulla Ciceronis exemplorum sola afferentur, quorum subiecta rei in prisca Latinitate non leguntur.

3) aliae quaedam notiones commemorantur, quae personae sunt cogitatae:

poena:

Cat. e lib. de re milit.: cum poena statim sequatur errorem.

seditio:

Enn. Andromachae aichmal. v. 68 quid fit? seditio tabetne an numeros augificat suos?

veritas:

Terent. Andr. I, 1 41 obsequium amicos, veritas odium parit.

existimatio:

Var. sat. Menip. „Eumenides“ 147 Forenses decernunt, ut existimatio nomen meum in sanorum numerum referat.

ars:

Cic. Her. IV, 2, 3 quae ars iubeat; — „Mur. 14, 30 duae sunt artes, quae possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis.

consilium:

„Rep. I, 38, 60 consilio autem dominante.

iniuria:

„Paradox. II, 18 quae (iniuriae) suspirare libere non sinunt.

merces:

„Acad. frgm. lenocinante mercede.

B) *Subiecta sunt substantiva, quae statum vel conditionem atque affectum significant, quae pertinere videntur*

a) ad personam ipsam hominis.

sunt quidem:

adulescentia:

Terent. Heaut. Tim. II, 1, 3 quas fert adulescentia.


iuvenilitas:

Var. sat. Menip. „Tithonus“ [περι γηρωσ] 545 quam dereliquit multicupida iuvenilitas.

aetas:

Pacuv. Medi v. 241, 2 sed quid conspicio? num me lactans calvitur aetas¹⁾; — Terent. Andr. I, 1 27 dum aetas, metus, magister

1) aetas libri, Aetas Bergkii.



prohibebant; — *ibid.* 443 dumque aetas tulit; — „*Adelph.* V, 3, 49 quod illos sat aetas acuet; — *Cat. lib. de agricult.* III, 1 ubi aetas accessit ad annos XXXVI. — *Var. sat. Menip.* „*Devicti*“ 87 properate | vivere, puerae, quas sinit aetatura ludere.

senectus:

Plaut. *Menaech.* 75 nam res plurimas pessimas, quom advenit, fert senectus; cf. *Terent. Adelph.* V, 3, 47; — „*Phorm.* V, 9, 34 senectus si verecundos facit.

vetustas:

Enn. annal. lib. VI. v. 252, 3 vetustas | quem fecit mores tenentem.

calamitas:

Plaut. *Casin.* V, 2, 30 calamitas profecto adtigerat nunquam; — *Pacuv. incert. fab. v.* 396 postquam calamitas plures annos arvas calvitur; — *Terent. Hecyr.* 30 ita eam oppressit calamitas; — *Var. rer. rust. lib. I, IV, 3* contra quod in pestilenti calamitas quamvis in feraci agro colonum ad fructus pervenire, non patitur.

exitium:

Enn. Alexandri v. 51 exitium examen rapit.

malum:

Plaut. *Menaech.* 82 nempe homini misero si ad malum accedit malum; cf. *Mercat.* 148; — „*Bacchid.* 1093 omnia me mala connectantur; — *Terent. Phorm.* 781 abiit malum cf. *Pompon. „Malivoli“ f. v.* 53, 4.

miseria:

Plaut. *Merc.* 869, 70 non amittunt hi me comites, qui tenent, | cura, miseria, aegritudo; — „*Pseudol.* 4 quae miseriae te tam misere macerent; — *ibid.* 21 quae miseria et cura contabefecit?

mors:

Plaut. *Pseudol.* 685, 6 atque hoc evenit | in labore atque in dolore, ut mors obrepit interim; — „*Curcul.* 174 nisi mors meum animum apste abalienaverit; — *corp. inscript. Lat. t. I. Scip. elog. pg.* 19 v. 2 mors perfe(cit), tua ut essent omnia | breviter; — *ibid. nr* 1194 mors animam eripuit, non vitae ornatum

abstulit; — Terent. Andr. 297 . . . mors continuo ipsam occupat; — ibid. 697 hanc nisi mors mi adimet nemo; cf. corp. inscript. Lat. t. I pg. 219 nr. 1008; — Terent. Phorm. 750 matrem ipsam ex aegritudine hac miseram mors consecuta est.

necessitas:

Plaut. Pseudol. 7, 8 . . . necessitas | me subigit; — Var. de ling. Lat. lib. VIII, § 31 . . . quo necessitas contruserit; — „sat. Menip. „Modius“ 316 cf. sub not. natura.

vis:

Plaut. Trucul. 783 vis subigit verum fateri; — „Rud. 680 . . . si modo id liceat, vis ne opprimat; — Enn. „Alcurneo“ f. v. 27 fer mi auxilium, pestem abige a me, flammiferam hanc vim, quae me excruciat; — Terent. Adelph. v. 490 quod vos vis cogit¹⁾; cf. Lucil. sat. lib. V, v. 39; ibid. ex lib. incert. v. 14; incert. trgd. v. 149 . . . vis, quae summas frangit infirmatque opes; — Plaut. Menaech. 757, 8 . . . vires | reliquere; — Enn. annal. lib. I, 39 vires vitaque corpus meum non deserit omne. — Var. de ling. Lat. lib. IX, § 18 cum aliqua vis urget.

potentia:

Cic. Caecil. 25. 71 nimia ista quae dominatur in civitate potentia.

consuetudo:

Terent. Hecyr. III, 3, 44 . . . etsi amor me consuetudoque eius tenet.

mos:

Cic. fam. XIII, 10, 1 qui (mos) — hanc quaesturae coniunctionem liberorum necessitudini proximam voluit esse.

decus:

Plaut. Mostel. 144 nunc simul res, fides, fama, virtus, decus | deseruerunt . . .

dedecus:

Afranii „Crimen“ fab. v. 42 quos inpune depopulatur, despoliatur dedecus.

1) nos ius B E F G P.

ignominia:

Cic. Tusc. III. 34. 82 si paupertas momordit, si ignominia pupigit.

gloria:

ex incert. incert. trgd. v. 93 modo quem gloria ad caelum extulit; — Enn. annal. lib. XIV, 383, 4 nunc est ille diis, cum gloria maxima sese | nobis ostendat, si vivimus sive morimur.

honor, honestas:

Plaut. Trinum. 663 tute pene te latebis, facile ne inveniatur te honor. — Cic. Rab. 8. 24 virtus et honestas et pudor cum consulibus esse cogebatur; — „Off. I. 3. 9 honestas contra ad se revocare videtur.

dignitas:

Terent. Heaut. Tim. III, 3, 15 prohibet dignitas.

gravitas:

Cic. Quint. fr. I. 1. 7 constantia adhibenda et gravitas, quae resistat non solum gratiae....

discordia:

Enn. annal. lib. VIII, 270, 1.... postquam discordia taetra | belli ferratos postes portasque refregit.

familiaritas:

Terent. Phorm. 588.... dum intercedet familiaritas.

egestas:

Plaut. Asinar. III, 3, 81 quidvis egestas imperat; — „Trinum. 847 vident, egestas quid negoti dat homini misero mali? — Terent. Adelph. 104 haec si neque ego neque tu fecimus, non siit egestas facere nos¹⁾).

paupertas:

Plaut. Stich. 177, 8 eo quia paupertas fecit, ridiculus forem: | nam illa artis omnes perdocet, uti quem attigit; — „Epidic. 580 paupertas, pavor territat mentem animi; — Enn. „Alexander“ f. v. 37 multi alii adventant, paupertas quorum obscurat nomina.

humilitas:

Cic. Sext. Rosc. 47. 136 humilitatem cum amplitudine contendere.

1) si id A sinit B C D E F G P O.

incommoditas, commoditas, opportunitas:

Terent. Andr. v. 567 nempe incommoditas denique huc omnis redit; — Plaut. Mil. glor. v. 1129 satin ut commoditas usque quaque me adiuvat; — „Pseudol. v. 669 namque ipsa opportunitas non potuit mi opportunius | advenire.

elegantia:

Plaut. Mercat. 20, 1 haec (elegantia) non solum illum, qui amat, sed quemque attigit | magno atque solido multat infortunio; — ibid. 18, 19 nam amorem haec cuncta vitia sectari solent, | cura, aegritudo, nimiaque elegantia.

fallacia:

Terent. Andr. IV, 4, 39, 40 fallacia | alia aliam trudit.

famulitas:

Acci Andromedae v. 118 nam postquam parvos nos oppressit famulitas.

servitus:

Plaut. Asinar. 360 istoc testamento servitus legat tibi . . . ; — „Vidular. v. 123 hominem semel quem usu surrupuit servitus 1); — „Mercat. 674 et eodem accedit servitus; — Naev. Terentillae v. 74 quanto libertatem hanc his superat servitus 2).

1) quem usurpavit serv. Studemund. usu surrupuit temptavit Winterus, quem usurupit A.

2) hic quidem locus huc pertinet, non vero omnes locutiones, quod duplex verbi „superare“ vis est atque potestas. primum enim idem est ac superesse, atque ea est primaria notio. itaque „superare“ est verbum, quod significat statum tranquillitatis, quamquam nos patrii sermonis usu assueti facile fere semper cognoscimus actionis verbum. exempli causa consideremus Amphitruonis v. 709 . . . num tibi aut stultitia accessit aut superat superbia —, quem vertere solemus: „ . . . oder siegt der stolz“ —, ita ut nobis proponamus verbum actionis. attamen Romani hic non senserunt actionis vim, sed statum tranquillitatis, quem nos quoque optime exprimere possumus verbo „die oberhand haben“. tanta vero dicendi accuratio in nostra lingua non exstat. attamen in nostra quaestione tractanda summi momenti est, ea verbi propria retinere, ut recte iudicemus, quae exempla nostrae regulae sint obnoxia, quae non. — iam vero antiquissimis temporibus e primaria verbi notione actionis significatio derivata esse videtur, sed ita, ut saepius existat verbum intransitivum, quod idem fere valeat atque evenire, procedere, cf. Plaut. sol superabat e mari —, saepius transitivum verbum, quod significat „vincere“.

libertas:

Plaut. Stich. 571 vapulat peculium; actumst, fugit hoc libertas caput.

gratia:

Plaut. Trinum. 36 ita vincunt illud conducibile gratiae; —
ibid. 38 remoramque faciunt rei privatae et publicae (gratiae).

pernicitas:

Plaut. Menaechm. 756 nam pernicitas deserit.

industria:

Cic. or. 18. 58 quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem
sequatur industria.

eloquentia:

Cic. or. 28. 97 haec (eloquentia) modo perfringit modo irro-
pit in sensus.

immortalitas:

Cic. Sest. 68. 143 vitam eius et virtutem immortalitas excepisse
videtur.

solitudo:

Cic. Fin. V. 3. 8 dat enim id nobis solitudo.

utilitas:

Cic. Off. I. 3. 9 cum enim utilitas ad se rapere videtur.

adnot.:

neque hoc loco aliena sunt haec nomina

1) virtutum:

obsequium:

Terent. Andr. I, 1, 41 obsequium amicos, veritas odium parit.

munditia:

Cic. Off. I. 36. 139 (munditia) quae fugiet agrestem et inhumana-
nam negligentiam.

iustitia, severitas:

Cic. Off. II. 9. 34 quam ob rem intelligentiae iustitia coniuncta,
quantum volet, habebit; — ibid. I. 19. 62 si iustitia vacat
pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis; —
ep. ad Brut. I. 2. 5 salutaris severitas vincit inanem speciem
clementiae.

aequitas, humanitas :

Cic. Off. II. 5. 8 quantam (poenam) aequitas humanitasque patitur.

parsimonia, temperantia :

Cic. prov. cons. 5. 11 quos non parsimonia, non continentia, non virtus, non labor, non splendor tueri potuit contra illius audaciam; — Cat. M. 10. 34 potest igitur exercitatio et temperantia etiam in senectute conservare aliquid pristini roboris.

2) vitiorum :

ambitio :

Titinii „Barbatus“ f. v. 11 ubi [iam] ambitionem virtuti videas antecedere.

avaritia :

Terent. Phorm. II, 3, 11 vide avaritia quid facit.

luxuria :

Var. rer. rust. lib. I, LIX, 2 etenim in quibus luxuria concesserit; — de ling. Lat. lib. V, § 131 multa post luxuria attulit.

negligentia :

Cat. orat. reliq. XXIII ad lites Censorias 1 scio, fortunas secundas negligentiam prendere solere.

nequitia :

Lucil. sat. lib. VI, v. 4 nequitia occupat hos; — Cic. Phil. II. 27. 67 sed urbes et regna celeriter tanta nequitia devorare potuisset.

malitia, malevolentia, impudentia :

Cic. inv. I. 3 malitia urbes et vitas hominum labefactare assuevit; — „fam. III. 12. 1 quae (malevolentia) te impugnare auderet; — „Cael. 20. 50. impudentia ei sui defendendi facultatem dabit.

petulantia, prodigitas :

Lucil. sat. lib. VI, 4 nequitia occupat hos, petulantia prodigitasque.

improbitas :

Cic. Quinct. 27. 84 in hac improbitatem et gratiam cum inopia et veritate contendere.

b) ad animum et mentem hominis, ut

aegrimonia:

Plaut. Rud. 1190 saltem tantisper dum abscedat haec a me aegrimonia.

aegritudo:

Plaut. Trinum. 1091 adimit animam mi aegritudo; „ Mercat. 869, 70 cf. Ba sub not. miseria; — ibid. 140 . . . aegritudo abscesse- rit; — ibid. 18, 9 sub Ba not. elegantia; — ibid. 359 ubi voluptatem aegritudo vincat, quid ibi inest amoeni? — Pacuv. Atalantae v. 60 quae aegritudo insolens mentem attemptat tuam; — Quint. Claud. Quadrig. annal. lib. IV, 50 cf. Non. s. v. alternatim „item gaudium atque aegritudinem alternatim sequi“.

aerumna:

Plaut. Mercat. 24 sq. sed amori accedunt etiam haec quae dixi minus | insomnia, aerumna, error. — „ Epidic. 529 multiplex aerumna exercitam med habet; — Pacuv. Periboeae v. 276 . . . aerumna corpus conficit.

anxitude:

Acci Eurysacis v. 248, 9 persuasit maeror, anxitude, aegror, dolor.

cura:

Plaut. Mercat. 869, 70 cf. sub Ba not. miseria; — „ Trucul. 773 postquam una cura cor meum movit modo; — Pacuv. Periboeae v. 276 lapit cor cura; — Enn. annal. lib. X, v. 340 quae (cura) nunc te coquit et versat in pectore; — incert. incert. trgd. v. 8 curis sumptus aspirantibus; — Sext. Turpil. Epicleri 52, 3 . . . me curae segregant | forasque noctis excitant silentio; — Terent. Andr. 260 tot me impediunt curae, quae animum diversae trahunt; — „ Hecyr. 347 . . . et cura ex corde excessit; — Plaut. Mercat. 18, 9 sub Ba not. elegantia; — Terent. Phorm. I, 3, 8 at non cotidiana cura haec angeret animum.

formido, horror, metus:

Plaut. Amph. 1079 . . . eadem nos formido timidas terrore impulit; — ibid. 1118 nam mihi horror membra percipit dictis tuis; — „ Rud. 686 . . . metus membra occupat; — „ Mil. glori. 1227 ergo iste metus me macerat; — Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 537 nec metus ulla tenet; — Terent. Andr. I, 1, 27

dum . . . metus, magister prohibebant; — Acci „Epigoni“ f. v. 303 viden, ut te impietas stimulat nec moderat metus; — „Antenoridarum v. 122 fortasse an sint, quos hicne non mertet metus.

pavor:

Naev. „Danae“ f. v. 43 iam ibi nos duplicat advenientis . . . timos, pavos¹⁾; — Enn. Alcumeonis v. 21 tum pavor. sapientiam omnem mi exanimato expectorat; — Plaut. Epid. 530 paupertas, pavor territat mentem animi; — „Rud. 215 alior, error, pavor [membra] mi omnia tenent.

sollicitudo:

C. Sempron. Gracch. orat. in Q. Aelium Tuberonem cf. Priscian. t. I pg. 808 „utrum inimicorum meorum factio an magis sollicitudo te impulit“; — Terent. Heaut. Tim. v. 177 quae (sollicitudo) te ex cruciat.

timor (timos), timiditas:

Plaut. Casin. III, 5, 25 timor praepedit dicta linguae; — Naev. „Danae“ f. v. 43 sub not. pavor; — Acci Oenomai v. 503 . . . te expugnat timor; — Pacuv. Periboeae v. 292 ecfare, quae cor tuum timiditas territet.

gaudium:

Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 451 . . . replet te laetificum gau (= gaudium); — Q. Claud. Quadrig. annal. lib. IV, 50 cf. sub not. aegritudo.

laetitia:

Caecil. Stat. „Progamos“ f. v. 192 itaque quod laetitia me mobilitat, maeror molitur mole.

voluptas:

Cat. reliq. orat. ad lites Censorias XXIII, 3 . . . et ea, quae vir-

1) iam vim in nos duplicat adveniēns ignis vapos Grotius. — nostra de scriptura nonnulla adnotanda sunt. mea est opinio, retinendam esse genuinam „adventis . . . timos, pavos“ lectionem, ita, ut duplicare idem exprimat ac „krümmen, niederbeugen“. qua notione verbum saepius est praeditum apud Vergilium, exempli gratia vid. virum poplitem duplicare —, et apud Ovidium legimus „duplicari vulnere“. videtur igitur haec significatio postarum propria. — praeterea hic habemus primae classis exemplum, quod optime dicendi usui veterum scriptorum respondet, cum, si Grotii coniecturam praeferimus, non minima dicendi translatio nobis sit intelligenda.

tus, ut summae gloriae sint a virtute proficiscentia dedecoris existimentur, quae voluptas suadet non sine labe vitiorum; — *ibid.* orat. reliq. V, 1 abiit voluptas.

socordia:

Plaut. *Poenul.* 317 nimia nos socordia hodie tenuit.

maeror:

Plaut. *Amph.* 635 . . . voluptatem ut maeror comes consequatur; — *Acci Eurysacis* v. 248, 9 cf. sub not. anxitudo; — *Caecil. Stat.* „*Progamos*“ f. v. 192 sub not. laetitia; — *incert. incert. trgd.* v. 170 . . . illum ut maeror tardaret sequi.

cupido (cupiditas):

Enn. „*Medea exsul*“ f. v. 216 cupido cepit miseram me; — *Pacuv. Hermionae* v. 170, 1 . . . regni alieni cupiditas pellexit.

desiderium:

Enn. annal. lib. I, v. 114 pectora . . . tenet desiderium; — *Terent. Phorm.* 88, 9 edepol te desiderium Athenarum, arbitror, | *Philotium cepisse*.

libido:

Plaut. *Trinum.* 745 . . . huic ducendi interea abscesserit (libido); — *Cat. lib. de agricult. CLVI*, 4 ubi libido veniet, nausea adprehendet; — eiusdem memorab. dicta 75 cf. *Horat. serm. I* 2, 31 sq. quidam notus homo cum exierit fornice „macte | virtute esto“, inquit sententia dia *Catonis*, | „nam simulac venas inflavit taetra libido | . . .“; — *L. Licin. Cras. orat. frgm.* 4 suasio legis *Serviliae* . . . nam ubi libido dominatur . . .; — *Var. de ling. Lat. lib. X*, § 60 . . . quocunque eos libido invitavit; — „*sat. Menip.* „*Octogessis*“ [*περι νομιματων*]. 342 postquam avida libido rapere ac caedere coepit seque opificio non probiter clepere.

ira, odium:

Terent. Hecyr. 305 unde ira inter eos intercessit; — *ibid.* 781 . . . cito ab eo haec ira abscedet; — *ibid. III*, 1, 27, 8 non maxumas, quae maxumae sunt interdum irae, iniurias | faciunt; — *Plaut. Trucul.* 467 cuius rei nimis cito odium percipit; — *Terent. Eunuch.* v. 413, 4; 972; „*Hecyr. IV*, 2, 4.

iracundia, furor:

Cic. Tusc. IV. 24. 54 ista bellatrix iracundia cum domum rediit,

qualis est cum uxore; — „ Phil. VI. 2. 4 semper eo tractus est, quo libido rapuit, quo furor, quo vinolentia; — „ Cat. II. 11. 25 ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia, . . . hinc constantia, illinc furor . . .

rabies:

Afranii „Augur“ f. v. 8 modo postquam abripuit rabies hunc nostrum ordinem.

saevitudo:

Plaut. Bacchid. 4 quae (saevitudo) sodalem atque me exercitos habet.

misericordia:

Terent. Adelph. III, 2, 8, 9 quem neque fides neque ius iurandum neque illum misericordia | repressit neque reflectit.

pietas, impietas:

Plaut. Stich. 7 neque id magis facimus, quam nos monet pietas; — „ Asinar. 831 pietas, pater, oculis dolorem prohibet¹⁾; — „ Pseudol. 291; — Terent. Heeyr. III, 5, 31 nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi; — Acci „Epigoni“ f. v. 313 viden, ut te impietas stimulat?

conscientia, culpa:

Cic. fam. VI. 10. 4 quam te vehementer consolaretur conscientia; — Cluent. 30. 83 ad quem nunquam accessisse culpam.

pudor:

Plaut. Epid. 167 ibi eos deserit pudor; — Pacuv. Periboeae v. 299 nam si te regeret²⁾ pudor; — Pacuv. Atalantae v. 67 mi guate, ut verear eloqui, porcet pudor; — Terent. Andr. I, 5, 44, 5 ut neque me consuetudo, neque amor, neque pudor | commoveat neque commoneat; — „ Phorm. II, 1, 54 ita cum tum timidum obstupescit pudor; — Lucil. sat. lib. XXX, v. 70 quando pudor ex pectore cessit.

spes:

Plaut. Menaech. 402 ibo: etiamnum reliquiarum spes animum oblectat meum; cf. Acci Eurysacis v. 344; — Plaut. Rud. 401 at

1) pietas ex pietas B Pietas D pleta E.

2) regeret ed. 1526 tegeter libri.

ego dicam, qui speraverint, spem decepisse multos; — *ibid.* 666 [nulla] spes nec viast, quae salutem afferat; — „ *Capt.* 514 neque exitios neque odio spes, quae hunc mihi aspellat odium; — *ibid.* 512 nunc spes, opes auxiliaque a me segregant spernuntque se; — „ *Bacchid.* 370 nisi quem spes reliquere omnes; — „ *Cistel.* IV, 1, 18 spes mihi sancta subvenit; — *Caecil. Statii Dardani* v. 25 nil ego spei credo, omnis res spissas facit; — *Lucil. sat. lib. XXXII*, 23 illo oculi deducunt ipsi, atque animum spes illuc rapit.

ignavia:

Plaut. Mostel. 137 venit ignavia; — *ibid.* 139, 40 haec (sc. ignavia) verecundiam mi et virtutis modum | deturbavit detexitque a me illico.

audacia, fortitudo, constantia:

Cic. Sext. Rosc. 35. 101 nisi ipsos caecos redderet cupiditas et avaritia et audacia; — „ *Phil.* XIII. 3. 6 fortitudo dimicare iubet; — *Tusc.* V. 14. 42 quem fortitudo ab aegritudine et a metu vindicet; — *Tusc.* III. 8. 17 adversantem libidini — constantiam.

stultitia:

Plaut. Amph. 709 num tibi aut stultitia accessit....

error:

Plaut. Mercat. 24 sq. sub Ba not. aerumna; — „ *Rud.* 215 sub not. pavor; — *Afranii „Vermio“* f. v. 175 qui.... error vos agit.

insania:

Plaut. Menaech. 921 priusquam percipit insania; — „ *Capt.* 614, 5 me expurigare tibi volo, me insaniam | neque tenere....; — „ *Aulul.* 642 larvae hunc atque intemperiae insaniaeque agitant.

invidia:

Cic. Fin. I. 20. 67 odia, invidiae, despictiones adversantur voluptatibus.

suspicio:

Plaut. Epid. 288 et repperi haec te qui abscedat suspitio¹⁾; — „ *Bacchid.* 890, 1 iamdudum.... sentio, suspicio | quae te sollicitet; — *Pacuv. Dulorestae* v. 137, 8.... [nisi] me calvi-

1) haec te B J Z hec a te F. cf. Rothius quaest. gram. pg. 10.

tur suscipio; — L. Afranii Suspectae v. 317 . . . cui suspicio me tradidit.

c) ad corpus hominis:

aegror:

Acci Eurysacis v. 248, 9 sub B b not. maeror.

morbus:

Plaut. Captiv. 545 et illic isti, qui sputatur morbus interdum venit; — „ Cistel. 73 ad istam faciem est morbus, qui me, mea Gymnasium, macerat; cf. Capt. v. 549; — „ Curcul. 239 tum te igitur morbus agitat hepatarius; — „ Asinar. 55 cum morbus invasit gravis; — Terent. Phorm. IV, 1, 8 pol me detinuit morbus; — Cat. orat. reliq. XL si se M. Caelius tribunus pl. appellasset. 1. nunquam tacet, quem morbus tenet loquendi.

febris:

Plaut. incert. fab. fragm. v. 241 in te febris; — Acci „armorum iudicium“ f. v. 155 sed nunc quid subiti mihi febris civit mali? — Lucil. sat. lib. XV, v. 12 . . . nam accessit febris senium, vomitum, pus; — ibid. lib. II, v. 8 qui te, Nomentane, malum iam cercera (sc. febris) perdat.

valetudo:

Cic. fam. V. 13. 5 quantum patietur — valetudo.

pestis, pestilentia:

Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 549 hos pestis necuit; — Plaut. Amph. 580 . . . pestis te tenet. — Var. rer. rust. lib. II, III, 9 quo in magnis cito existat pestilentia, quae ad perniciem eum perducat.

algor:

Plaut. Rud. 215 cf. sub B b not. pavor.

dolor:

Terent. Hecyr. 356 . . . an dolor repente invasit; — Acci Eurysacis v. 248, 9 sub B b not. maeror.

fames:

Plaut. Stich. 341 quid ego, quoi misero medullam ventris percepit fames; — „ Trucul. v. 524 hic nos exstinxit fames; —

Var. rer. rust. lib. II, IX, 8 fames enim hos ad quaerendum cibum ducet, si non praebebitur, et a pecore abducet.

sitis:

Plaut. Mercat. 674 et eodem accedit servitus, sudor, sitis; — „Mostel. 380 ubi sitis fauces tenet.

satietas:

Pacuv. ex incert. fab. v. 410 nec tuendi capere satietas potest; — cf. Afranii „Suspecta“ f. v. 325.

somnus, insomnia:

Enn. annal. lib. I, v. 52 vix aegro cum corde meo me sensus reliquit; — Caecil. Stat. „Plocium“ f. v. 168 consequitur comes insomnia, ea porro insaniam affert; — Terent. Eunuch. v. 219 te adiget horsum insomnia; — Plaut. Merc. v. 148 sub A a not. aerumna.

sopor:

Plaut. Mostel. v. 704 eum hominem sollicitat sopor.

lassitudo:

Plaut. Stich. 335, omnia membra lassitudo mihi tenet.

sudor:

Plaut. Merc. 674 sub not. sitis.

Classis II.

Secunda exemplorum classis cum prima similitudine quadam continetur. namque in eis quoque explicandis summi momenti est opinio, quam sibi de deorum vi atque natura conformaverant Romani. subiecta enim rei, quae nunc nobis tractanda sunt, res sunt naturales, quibus omnibus personas agentes, vel deos vel deas inesse putabant.

itaque dei erant fluminum, fontium, arborum etc., qui saepius nomine proprio fluminum, fontium etc. appellabantur, — exempli causa Scamander flumen laudatur ab Ennio, sim.

praeterea erant alii dei, ut Flumen, Fons, Ventus, Fluctus etc., qui ad nostram quaestionem maxime spectant. ea enim si consideramus, non mirum est, cum eis subiectis verba, quae actionem significant, coniungi.

quid vero dicendum est hoc de loquendi usu, cum illi e deorum numero essent remoti? quod quidem iam antiquissimis temporibus factum esse videtur. ea enim deorum cognitio non omnibus innata erat, neque poetis ipsis ea opinio tam vulgaris atque trita fuisse videtur, quam illa notionum primae classis. non neglexerunt auctores veterem consuetudinem, sed nitebantur maiorum exemplo. quam eandem constantiam iam antea statuimus, cum de prima exemplorum classe disputavimus.

attamen magna intercedit discrepantia inter eas classes. suo enim iure omnium temporum scriptores retinebant secundae classis locutiones, id quod de primae classis exemplis contendere non potuimus. causa quidem haec est: res illae naturales re vera in causa esse videntur, ut actio fiat; natura enim ipsa in rebus causa agens est. suppositum igitur est pro persona subiectum natura, quae semper agens est cogitata, quamquam in singulis exemplis eius notio- nis loco subiecta apparent hae vel illae res naturales. atque omnes eas naturae actiones oculis nostris cernimus, non mente ac ratione utimur, ut eas perspiciamus; eamque ob causam in illis locutionibus non habemus translationem actionis, quam cognoscimus in exemplis primae classis. cf. Plaut. Pers. 165 ab saxo avortit fluctus ad litus scapham.

itaque ne posteriorum quidem temporum auctores reprehendere licet, quod violaverunt subiectorum rei praeceptum, si eiusmodi exempla finxerunt.

In exemplis huius classis haec subiecta rei praesto sunt:

1) aeter (aër):

Pacuv. Chrysis v. 93 mater est terra: ea parit corpus, animam aeter adiugat; — Var. rer. rust. lib. III, XIV, 5 ut intrare aër possit.

cuius elementi sunt:

a) [nomina propria]:

aquilo, auster, favonius:

Enn. annal. lib. XVII, v. 425 Indu mari magno fluctus extollere certant (auster et aquilo); — Plaut. Merc. 878 hic (favonius) facit tranquillitatem.

b) [nomina appellativa]:

aura, ventus:

Lucil. sat. lib. XXX, v. 73, 4 continuo, simulac paulo vehementius aura | inflarit fluctus, erexerit extuleritque; — ibid. lib. VII, v. 28 solam auram adversam segetem immutasse statumque . . .; — Plaut. Mil. glor. 1182 et 1312 ventum operam dare; — „ Rud. 372 vix hodie ad litus pertulit nos ventus exanimatus; cf. Sext. Turpil. incert. fab. v. 24, 5; Cat. orat. reliq. I dierum dictarum de consulatu suo [libri] 8 et 9; — Plaut. Mil. glor. 18 quasi ventus folia aut paniculum tectorium (difflat); — „ Rud. 86, 7, 8 non ventus fuit, sed Alcumena Euripidi, | ita omnis de tecto deturbavit tegulas, | inlustriores facit; ibid. 78; — ibid. 85 detexit ventus villam; — „ Mostel. 737 sed Simo, ita nunc ventus navem nostram deseruit; — Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 477 cum magno strepitu Volcanum ventus vegebat; — Pacuv. „Teucer“ f. v. 333, 4 rapide retro citroque percito aestu praecipitem ratem | reciprocare (sc. venti); — „ ex incert. fab. v. 415 undique omnes venti erumpunt; — Cat. lib. de agricult. XLIV et si quid ventus interfregerit; — ibid. XXXVIII, 4 ventus ad praefurnium caveto ne accedat; — Var. sat. Menip. „Κοσμοτορυνη“ [περι φθορας κοσμου] 224 dum nos ventus flamine sudo | suavem ad patriam perducit; — „Sesoulixes“ 472 ventus buccas vehementius sufflare et calcar admovere; — „Marcipor“ 271 ventique frigido se ab axe eruperant, Phrenetici septentrionum filii ¹⁾).

1) Ciceroniana exempla cum perquam numero rara, quae quidem ab Ahlénō citantur, quod fortasse forti fortunae tribuendum est, non quo Cicero haberet, cur p. L. scriptorum consuetudinem non imitaretur, tum minime prae locutionibus p. L. sunt insignia, eamque ob causam laudanda non sunt.

tempestas, intemperiae:

Plaut. Rud. 368, 9 nos cum scapha tempestas dextroversum | dif-
fert ab aliis, — „ Mostel. 108, 9 tempestas venit, | con-
fringit tegulas; — „ Amph. 690 an tempestas continet;
— Cn. Gellii frgm. incert. sed. 30 Gell. XVIII, 12, 6 postquam
tempestas sedavit; — Plaut. Aulul. 71 nescio pol, quae illunc
hominem intemperiae tenent; cf. „ Epidic. 475; Mil. glor. 434;
— „ Aulul. 642 cf. sub cl. I B b not. insania¹⁾; — Var. rer. rust.
lib. II, XVI, 28 quod non omnis tempestas ad pastum prodire
longius patitur; — „ lib. I, XLV praeterquam si quid regio aut
tempestas viti attulit.

aurora, caligo:

ex incert. incert. trgd. frgm. v. 215 sed iam se caelo cedens
aurora obstinet (obsoleta forma pro ostendit) | suum patrem; —
Enn. „Hectoris lutra“ f. v. 146 ecce autem caligo oborta est, om-
nem prospectum abstulit.

dies:

Plaut. Bacchid. 255, 6 Volcanus, Luna, Sol, Dies, dei quattuor |
scelestiorem nullum inluxere alterum; — „ Captiv. 464 ita ma-
lignitate oneravit (dies) omnis mortalis mihi; ibid. 768; —
„ Aulul. 722 tantum gemiti et mali et maestitiae mi hic dies op-
tulit; — Terent. Andr. I, 2, 18 nunc hic dies aliam vitam ad-
fert, alios mores postulat; — Enn. annal. lib. VIII, v. 297 . . .
multa dies in bello conficit unus; — Plaut. Bacchid. 1203 it
dies. cf. Pseudol. 24; Rud. 101 et al.²⁾.

nox:

Plaut. Amph. 255 sed praelium id tandem diremit nox inter-
ventu suo; cf. Enn. annal. lib. V, v. 172; — Plaut. Capt. 416 nox

1) figurate quidem ea dicta sunt.

2) illa exempla (Plaut. Bacchid. 1203 etc.) secundae classis sunt. attamen non possumus infitari, iam inveniri locos, ubi auctor, qui eas locutiones scripsit, non cogitaverit de personis, sed de rebus. quae ut exemplis illustrem, Plautus suo iure dixit in Casin. II, 8, 75 „nostro omine it dies“. — [cl. II.] contra quo modo fieri poterat, ut legamus apud Catonem in lib. de agricultura CXX, 2 „ubi dies XXX praeterierint“? — respondendum est, exempla omnino alius esse generis. in exemplis enim non superest actionis, sed temporalis tantum motus notio. quae significationis variatio mea opinione ad sermonem vulgarem spectat et iam antiquissimis temporibus exorta esse videtur.

diem adimat; — „ Amph. 281 eam quoque edepol etiam multo haec (nox) vicit longitudine; — ibid. 276 neque nox quoquam concedit die; — Enn. annal. lib. XVI, v. 416 nox quando mediis signis praecincta volabit; — ibid. lib. I, v. 106 quum superum lumen nox intempesta teneret; — Terent. Adelph. v. 525 prius nox oppressisset.

gelus, frigus, calor:

Cat. lib. de agricult. XL, 4 ne gelus noceat; — L. Afranii „Epistula“ f. v. 106 . . . silices cum findat gelus. — Var. rer. rust. lib. II, II, 18 calores aut frigora se fregerunt.

2) **aqua:**

Cat. lib. de agricult. CVI aquae marinae QI ex alto sumito, quo aqua dulcis non accedit; — Plaut. Trucul. 564 nisi derivetur, tamen omnis aequae aqua a beat in mare; cf. Cat. incert. lib. reliq. 9; — Var. de ling. Lat. lib. V, § 54 . . . quo aqua hiberna Tiberis eos detulerat; — „ rer. rust. lib. III, XVI, 27 ita ut ne altitudine escendat (aqua) duo aut tres digitos.

a) **Tiberis, Scamander:**

Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 453 et Tiberis flumen vomit in mare salsum; — „ Hectoris lutra f. v. 151 constitit, credo, Scamander, arbores vento vacant.

b) **pontus, mare:**

Enn. annal. lib. VII, v. 257 mulserat huc navem compulsam fluctibus pontus; — Acci Medaeae v. 399 nisi quas terrestres pontus strages conciet; — Plaut. Curcul. v. 86 quisnam istie fluvius, quem non recipiat mare; — „ Menaech. v. 237 orasque Italicas omnis, qua adgreditur mare, | sumus circumvecti; — L. Cornel. Sisennae ex lib. IV hist. cf. Non. s. v. caecum: subito mare persubhorrescere caecosque fluctus in se provolvere leniter ocepit.

amnis, fluvius, flumen, rivus:

Enn. sat. reliq. lib. III Scipio IV, 13 constitere amnes perennes, arbores vento vacant; — „ annal. lib. I, v. 68 postquam constitit fluvius; — Plaut. Menaech. v. 65, 6 rapidus (sc. fluvius) raptori pueri subduxit pedes | abstraxitque hominem; — Var. sat. Menip. „*Ἐκατομβή*“ [*περι θυσιαων*] 96 Ludon fluens sub Sardi-

bus flumen tulit | aurum; — „ rer. rust. lib. III, XIV, 3 si rivus non prohibet.

imber, aestus, fluctus, unda:

Plaut. Mostel. v. 111, 2 venit imber, lavit parietes, perpluont, tigna putrefacit, perdit operam fabri; — „ Asinar. v. 158 quam magis te in altum capessis, tam aestus te in portum refert; — „ Cistel. IV, 2, 89 nam ita mustulentus aestus nares attigit; — „ Mostel. 677 iterum iam ad unum saxum me fluctus ferunt; „ Rud. 76; Enn. Andromedae v. 105; — Plaut. Rud. 165 ab saxo avortit fluctus ad litus scapham; — „ Trinum. v. 823 quom suis me ex locis in patriam urbem . . . reduce[m] faciunt (Neptunus et fluctus salsi); — Acci Medae v. 398 . . . undis concursantibus.

aspergo, nubes, ros:

Cat. lib. de agricult. CXXVIII ita neque aspergo nocebit. — Var. sat. Menip. „Marcipor“ 270 nubes aquali frigido velo leves | caeli cavernas aureas obduxerant | aquam vomentes inferam mortalibus; — „ rer. rust. lib. III, XIV, 2 quem (locum) et non coquit sol et tangit ros.

3) ignis:

ex incert. incert. fab. pal. v. 40 . . . si quas aedes ignis cepit acriter.

a) sol, luna, septentriones, lucifer, hesperus:

Plaut. Stich. v. 110 . . . meliorem neque tu reperies, neque sol videt; — „ Mercat. 874 . . . sol abit; — „ Vidular. v. 142 sol est ad eam rem pictor: atrum fecerit; — „ Stich. v. 365 radiosus ecce sol superabat ex mari¹⁾; — Enn. annal. lib. I, v. 92 interea sol albus recessit in infera noctis; — ibid. incert. sed. frgm. v. 480 cum soles tandem faciunt longiscere longe; — „ sat. reliq. lib. III Scipio IV, 12 Sol equis iter repressit unguis volantibus; — Pacuv. Antiopae v. 14 nocti ni interveniat (sol); — Var. de ling. Lat. lib. VI, § 8 quod sol eo die sistere videbatur; — „ rer. rust. lib. III, XIV, 2 cf. sub 2 b not. ros; —

1) radiosus sese Lipsius Gulielmus radiosus esse B C D F Z radiosus ecce A. cum codice A legendum est „radiosus ecce“, quod ea, quae tertia esset actionis notionis variatio cf. adnot. ad cl. I B a sub. not. servitus, nusquam alias praesto est.

Enn. annal. lib. IV, v. 167 . . . nonis Iunis soli luna obstitit et nox; — Var. de ling. Lat. lib. V, § 69 . . . luna iuvat; — Plaut. Amph. v. 273, 4 nam neque se septentriones quoquam in caelo commovent | neque se luna quoquam mutat; — Var. rer. rust. lib. III, 5, 17 . . . ut indicent (lucifer et hesperus), quot sint horae.

4) **terra:**

corp. inscript. Lat. t. I. pg. 19 Scip. elog. „qua re lubens te in gremiu, | Scipio. recip(i)t terra“; — Enn. annal. lib. I, v. 13, 4 . . . terraque corpus | quae dedit, ipsa capit, neque dispendi facit bilem.

5) aliae quaedam notiones litterarum ordine retento enumerantur:

autumnus, caelum, fumus, hiemps, vinum:

Var. rer. rust. lib. II, III, 8 desistente autumnno; — Pacuv. Chrysis v. 90, 1 quidquid est hoc, omnia animat (caelum), format, alit, auget, creat, | sepelit recepitque; — Plaut. Aulul. v. 301 de suo tigillo fumus si qua exit foras; — Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 481, 2 . . . viresque valentes | contudit crudelis hiemps; — ex incert. incert. fab. pal. v. 64 persuasit animo vinum, deus qui multo est maximus; — Plaut. Pseudol. v. 125 pedes captat primum (vinum); — Terent. Eunuch. v. 727 . . . vicit vinum, quod bibi.

Classis III.

Iam vero de tertia disputemus classe. quibus in exemplis quamquam regula nostra iam a priscae Latinitatis scriptoribus negligitur, tamen ea maxima ex parte non maiore sunt dicendi libertate atque audacia. et re vera Romanorum severior cogitandi ratio vix offendi potest, si substantiva, ut iuventus, alia pro personis ponuntur, quae eis notionibus continentur.

neque aliter iudicamus de exemplis, ubi substantiva collectiva, ut legio, exercitus, manus, sim. aut alia, ut multitudo, numerus etc.,

si quidem intelligenda est multitudo etc. hominum aut animalium, consociata leguntur verbis, quae actionem expriment.

contra non frequentissimo in usu esse exempla, ubi personarum loco nomina et urbium et terrarum subiecta inveniuntur, expectari poterat. ea enim dicendi consuetudo etiam a poetis raro usurpata videtur, in prosa oratione fere nusquam legitur. attamen Ciceronis aetate iam latius patet, quamquam etiam tum non nimis latis finibus circumscripta esse videtur.

- 1) nomina terrarum propria pro personis, qui eas incolunt, posita:

Graecia:

Cat. orig. lib. IV, 7 . . . omnis Graecia gloriam decoravere monumentis . . . aliisque rebus gratissimum id eius factum habuere.

- 2) nomina collectiva pro personis, qui eis continentur, adhibita:

- a) notiones solae positae:

natio, civitas, res publica:

C. Sempron. Gracchi orat. de lege Penni et peregrinis cf. Fest. pg. 286 ea nationes aliis rebus, per avaritiam atque stultitiam res publicas suas amiserunt; — Claud. Quadrig. lib. annal. III, 41 ne quid eiusmodi si accidisset, nostro consilio civitates putarent factum; — ibid. lib. XIII, Gell. XIII, 29, 1 . . . tota civitas eum reduxit; — ibid. ex lib. I, 1 Gell. XVII, 2, 12 . . . id civitas graviter tulit; — Aemil. Paul. Macedon. orat. apud popul. de rebus etc. cf. Liv. lib. 45, 40 . . . (optavi ut) . . . mutationem domus mea potius quam res publica sentiret; — Claud. Quadrig. annal. lib. I, 7 . . . cuiusque operam cum M. Furio dictatore apud Gallos cum prime fortem atque exuperabilem res publica sensit.

iuventus, aetas:

Plaut. Capt. 69 iuventus nomen indidit Scorto mihi; „ Menaech. 77; — ibid. 469 ita iuventus iam ridiculos inopesque ab se segregat; — Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 459 cum sese exsiccat somno Romana iuventus; — Plaut. Bacchid. 409, 10 minus mirandumst, illaec aetas si quid illorum faciat, quam si non faciat; „ Mostel. 263 non istanc aetatem oportet pigmentum ullum attingere; —

ibid. 1158 scis solere illam aetatem tali modo ludere; — Lucil. sat. lib. XXIX, v. 86 aetatem istud tibi laturam bellum, si hoc bellum putas. — Var. rer. rust. lib. III, III, 10 si nostra aetas in quam luxuriam propagavit leporaria, hac piscinas protulit ad mare et in eas pelagios greges piscium revocavit; — „ lib. II, 1, 11 Scrofa noster, cui haec aetas defert rerum rusticarum omnium palmam.

vicinitas:

Cat. lib. de agricult. IV si te libenter vicinitas videbit.

b) notionibus additur genitivus animantis attributum aut pronomen possessivum:

summa, iugum, examen, pars:

Plaut. Trucul. v. 25 quam penes amantum summa summarum reddit; — Lucil. sat. lib. XII, v. 1, 2 hunc iuga mulorum protelo ducere centum | non possunt; — Var. rer. rust. lib. III, XVI, 23 examen ubi volunt considerare; — ibid. 86 ac subsidit aliqua pars.

c) primus Varro utitur nomine appellativo subiecti loco:

terra:

rer. rust. lib. II, I, 27 quare non adsentiri omnes terras.

Varronianum usum Cicero amplificavit.

terra, patria:

Cat. M. terra, quae nunquam recusat imperium; — Mil. 38. 105 o terram illam beatam, quae hunc virum exceperit; — rep. I. 4. 8 neque enim hac nos patria lege genuit aut educavit, ut nulla quasi alimenta exspectaret a nobis; — Cat. I, 8, 19 haec si tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat....; — Tusc. II. 24. 59 imperantem enim patriam; — Rep. I. 4. 8 tantum nostris ipsa commodis serviens (patria); — Cat. I. 7. 17 nunc te patria — odit et metuit et iam diu te nihil iudicat nisi de parricidio suo cogitare; — dom. 28. 75 me patria sic accepit; — rep. I. 4 tantum nobis in nostrum privatum usum remitteret (patria); — Cat. I. 8. 19 etiamsi vim adhibere non possit (patria). al.

provincia, municipium, colonia, praefectura :

Flac. 2. 5 quem vero tot tam gravesque provinciae salvum esse cupiant; — Caec. (provincia) actorem causae totius adoptavit; — Verr. II. 1 me ad hoc negotium provincia attraxit; cf. Div. I. 39. 86; — Att. XIV. 20. 4 quod unum municipia bonique desiderant; — Sest. 14. 32 nullum erat Italiae municipium, nulla colonia, nulla praefectura — quod tum non honorificentissime de mea salute decrevisset; — Font. 20. 46 propugnat pariter pro salute M. Fonteii Narbonensis colonia.

urbs, forum, curia :

Phil. I. 3. 7 quae tamen urbs — una me nocte cupiens retinere non potuit; — Planc. 41. 97 quae (urbs) se vel potius excindi quam e suo complexu, ut eriperes, facile pateretur; — dom. 57. 146 urbis enim celeberrimae et maximae partes adversum illud non monumentum sed vulnus patriae contuentur; — Mil. 38. 104 quem omnes urbes expulsus a vobis ad se vocabunt; — fam. II. 13. 3 miro desiderio me urbs afficit; — Cat. II. 1. 2 quod tantam pestem evomuerit forasque eiecerit (urbs); — Sest. 63. 131 urbes Italiae festos dies agere adventus mei videntur; — Quint. fr. II. 14. 2 quod quotidie domus, quod forum, quod theatri significationes declarant; — Sest. 60. 128 quem forum luxit; — Mil. 33. 91 cuius non restiterit cadaveri curia.

insula, ora maritima :

Pomp. 18. 54 quae tam parvula insula fuit, quae non portus suos defenderet; — ibid. 23, 67 ora maritima Cneium Pompeium requisivit.

locus, regio, castra :

Agr. II. 27. 73 an est locus, qui coloniam postulet; — off. I. 11. 35 ne posset aliquando ad bellum faciendum locus adhortari; sim. — Planc. 9. 22 illa aspera et montuosa — regio se huius honore ornari arbitrabatur; — Cat. I. 5. 10 te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant; — Cat. II. 6. 14 illa castra nunc non Catilinam ducem exspectant; al.

Classis IV.

Quarta classis propter varietatem et naturam exemplorum maxime notione digna est, ita ut nonnulla de ea praefari opus sit. namque in his demum locutionibus priscae Latinitatis scriptores vere discessisse a grammaticae rationis praecepto, concedendum est.

atque ut primum disseram de origine eiusmodi locutionum, constat, iam antiquissimis temporibus in sermonibus singulorum generis humani ordinum haec vel illa propria formata esse, quibus erat alius prae alio sermone insignis. quae etiam ad nostram quaestionem spectant. facile enim potest intelligi, notionibus, quae ordinis cuiusque propriae sint, si maioris erant ponderis atque momenti, eximiae quoque gravitatis partes tribui. quas agunt partes toto enuntiato, si subiecti loco positae actionis verbis adduntur.

quid vero colligere possumus, si Romanarum litterarum historiam perquirimus, sermones singulorum ordinum quando et quo usque perfectionis prolati sint? namque id gravissimum est in diiudicanda quaestione, quantum valuerint singuli sermones in communi dicendi genere constituendo, quo postea omnes utebantur scriptores.

ad quod ut respondeamus, primum consideremus virorum iuris consultorum sermonem; quem si statuimus iam antiquissimis temporibus excultum atque perfectum fuisse, non fallimur. namque iam sexto urbis conditae saeculo invenimus iuris consultorum virorum scripta.

neque non verisimile est, apud agricolas iam eisdem temporibus exstitisse constantiam quandam sermonis, quoniam agriculturae Romani maxime erant dediti. neque omittendum est, Catonem iam eo usum esse in libro suo de agricultura. cuius sermonis de genere atque natura eo ipso libro multa comperta habemus. est enim propter rerum varietatem, quae hic pertractantur, maxime notandus. quod quidem dependet de agricolae, quam praestat in omnibus rebus, experientia, ita ut et medicinae et architecturae etc. haud ignarus esse videatur. itaque multae hic leguntur locutiones, quae medicum, fabrum etc. redoleant.

praeter Catonem postea eadem de materia egit Varro. conscripsit enim rerum rusticarum libros tres. in quibus praeter Catonianas multae aliae eiusdem modi locutiones praesto sunt, quae maxima ex parte maiore translationum audacia nostram admirationem movent, ita ut iam summa eorum discrepantia existat.

ad quos aliorum ordinum sermones addendi sunt, ut sermo medicorum, nautarum, militum, mercatorum, sacerdotum, augurum etc.; quos vero enumeravi, inter numerum eorum habendi sunt, ad quos nobis maxime est respiciendum, quoniam eis multae insunt locutiones, quae omnibus notae in usu erant frequentissimo, ita ut omnes eas in scripta recipere non dubitent.

quae cum ita sint, neminem fortasse fugiet, me non huc attulisse sermonem virorum doctorum ¹⁾. quod non sine causa fiebat. namque in promptu est, inde non sumptas esse a scriptoribus priscae Latinitatis dicendi formulas, cum sermonis primordia ad posteriorem aetatem ipsa referenda sint, quoniam Romanorum ingenia a subtiliore litterarum atque doctrinae studio omnino abhorrebant. itaque eiusmodi formulae uno alteroque exemplo excepto, quod scriptorum est, qui iam exeunte priscae Latinitatis aetate florebant, ut postea videbimus, nusquam nisi in libris, qui in litterarum tractatione versantur, nobis occurrunt. quos demum conscripsit Varro, quamquam Aelius Stilo, magister eius, his in componendis ei fuerat exemplum, et de quibusdam quaestionibus ante eum iam alii egerant, quorum nomina non sunt notissima.

quod vero in universum de sermone virorum doctorum exposui, maxime pertinet ad philosophorum dicendi usum, quem Cicero demum post Ennium, Lucretium, alios excoluit atque perfecit.

attamen iam apud Plautum aliosque reperiuntur quibusdam locis, ubi agitur de philosophorum praeceptis, locutiones, quarum licentiam sermo tantum philosophicus pati potest. ex quibus nihil de toto dicendi usu conicere licet. nam minima vis atque potestas

1) viros iuris consultos et sacerdotes et augures quidem per se apparet adnumerandos esse viris doctis; attamen hac tota virorum doctorum sermonis commentatione eos excipio, etsi postea in enumerandis exemplis eos omnes in notionem virorum doctorum comprehendam, ut omnia haec exempla sub uno quasi aspectu ponam.

eis tribuenda est, quod exortae sunt, Graecis, quod Romani imitabantur, scriptoribus ad verbum in linguam Latinam conversis.

omnibus his sermonibus contrarius est sermo vulgaris, ex quo plurimae scriptorum locutiones origines suas ducunt. [itaque postea eae primo loco tractandae sunt.]

ante omnia enim consuetudo addendi notiones res, consuetudo, causa, sim., et neutra pronominum id, hoc, quod etc. subiectis rei hinc esse repetita videtur, quod notio „res“ et neutra pronominum apud omnes gentes in sermone vulgari sunt usitatissima, quibus quaelibet circumscribimus, quae accuratius definire atque determinare non possumus aut nolumus.

variis deinde subiectis his formulis substitutis maxima locutionum existit varietas.

unicuique deinde notum est, in vulgi ore formari sententias et proverbia. quibus cum propria sit, quo facilius memoria teneantur, summa dicendi brevitatis et sententiae ipsius perspicuitas, ea ipsa proverbiorum natura secum tulit, ut notio principalis etiam conspicuo fulgeat loco i. e. subiecti loco posita sit.

quibus sententiis omnes omnium temporum scriptores sua ornabant atque condiebant scripta, neque raro evenit, ut eorum ad exemplar novas fingerent.

quae cum ita sint in prisca Latinitate, nobis discernendae sunt et locutiones quartae classis, quae ad commune scribendi genus pertinent, et eae, quae inveniuntur in libris solis, quibus agitur de quibusdam doctrinae disciplinis.

quae tota quaestionis conditio, qualis est in prisca Latinitate, quo modo a Varrone mutuata sit, suo iam exposui loco; neque plane neglexi, de Ciceronis dicendi consuetudine disputare, quamquam alia graviora mihi hoc loco addenda et omnia deinde comprehendenda sunt.

et Ciceroniana quidem Latinitas nostra in quaestione differt a veterum scriptorum dictione duabus de causis. primum quod doctorum virorum sermo ad maius certe perfectionis fastigium a Cicerone est perductus, cum sermo philosophicus simul cum primordiis ab eodem auctore sit procreatus. itaque in philosophicis et rhetoricis scriptis in multas novas eoque audaciores dicendi formulas incidimus.

tum vero et numerus et audacia translationis locutionum a Cicerone augetur in aliis scriptorum eiusdem auctoris generibus.

cuius rei gravissimum testimonium inest epistalis, quae, ut Cicero ipse dicit, conscriptae sunt eo loquendi genere, quod propius accedat ad communem dicendi consuetudinem, et quo eadem fere cum libertate, qua usus est in scriptis philosophicis et rhetoricis, suoque arbitrio audacissimas quartae classis locutiones congressit.

I. sermo vulgaris:

1) proverbia ac sententiae:

in quibus subiecta leguntur:

aurum:

cf. Plaut. Capt. v. 327 multa multis saepe suasit (aurum); — Lucil. sat. ex lib. incert. LX, v. 99 nequam aurumst, auris quod vi vehementius angit¹⁾.

mores:

Plaut. Mostel. v. 291 pulcrum ornatum turpes mores peius caeno collinunt²⁾; — „Poenul. 307 lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant; — ex incert. incert. fab. pal. v. 75 sui cuique mores fingunt fortunam humanam.

genus, humilitas:

Acci Diomedis v. 272 non genus virum ornat; — eiusdem „Persidae“ f. v. 99 nunquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum.

adversae, secundae res:

Cat. orig. lib. V (oratio pro Rhodiensibus) adversae res edomant et docent, quid opus siet facto; — ibid. secundae res laetitia transversum trudere solent a recte consulendo atque intelligendo.

benefactum:

Cat. orat. reliq. V, 1 labor ille a vobis cito recedet, benefactum a vobis, dum vivitis, non abscedet.

dies:


Terent. Heaut. Tim. v. 422 diem adimere aegritudinem hominibus (sc. vulgo dici).

mantisa:

Lucil. sat. ex libr. incert. v. 95 mantisa obsonia vincit.

1) vi D vis ead Pauli et Festi angit M ambiat ead Festi ambit libri Pauli.

2) collinunt Saracenus continent B a C D concinnunt F.



utilitas, voluptas:

Var. rer. rust. lib. I, VI, 1 utilitas quae ~~est~~ ^{est} fructum, voluptas delectationem.

vesper:

Var. sat. Menip. titulus „nescis, quid vesper serus vehat“.

2) locutiones quaedam, quae partim in sermone vulgari ipso exortae sunt, partim a scriptoribus ad exemplar earum sunt fictae. et subiecta quidem inveniuntur:

a) substantiva abstracta:

α) neutra pronominum, ut id, hoc, illud etc., si ea huc afferre licet, et notiones ut res, consuetudo, usus, causa, copia.

id, hoc, haec, quod, quae etc.:

cf. Plaut. Poenul. v. 705 . . . quia aurum poscunt praesentarium (haec); — „ Pseudol. v. 1291, 2 sed illi me hoc vim votat facere nunc | quod fero; — „ Trinum. v. 394 sed hoc unum consolatur me; — ibidem v. 290 lacrimas mi haec, quom video, eliciunt; — „ Amph. v. 642 sed hoc me beat saltem; — „ Captiv. v. 136, 7 neque unquam quicquam me iuvat, quod edo domi: | foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat; — Afranii „Thais“ f. v. 332, 3 eaque ferme se dedere melius consulatoribus | quam restrictim cogitata atque omnibus rationibus; — Terent. Heaut. Tim. II. 2, 3 concurrunt multa, eam opinionem quae mihi animo exaugeant¹⁾; — ibid. IV, 4, 25 ne ille haut scit, hoc paulum lucri quantum ei damnum adportet; — Plaut. Trinum. v. 118 quod ago, subit, adsecue sequitur; — „ Mil. glor. v. 618 quid id est, quod cruciat? — multa alia; — Var.

1) multae opinionem quem hianimum A cum rell. (mihi om. D¹ add. D²) multa opinionem hanc quae mihi animo Bentleius multa eam opinionem quae Fleckeisenus. quam Fleckeiseni scripturam recepi. verborum enim traditorum audacia non probanda est, si omnia alia comparamus exempla, in quibus verba augere, locupletare, afficere etc. cum subiectis rei coniunguntur. quae mea opinio firmatur ea re, quod etiam verbum currere nusquam nisi a Terentio duobus, in Andriae v. 511 et Adelphi v. 627, subiectis rei additur, quorum alterum est neutrum „multa“, alterum adiectivi neutrum „verisimilia“; itaque omnia traditae lectioni repugnant.

rer. rust. lib. I, XIII, 7 nisi quid impedit; — ibid. 2 haec enim si intra clausum in consaepto et sub dio furem modo non metuunt; al.

res:

Plaut. Mostel. v. 546 . . . ita haec res postulat; — Enn. anal. lib. XIII, v. 372 quo res sapsa loco sese ostentatque iubetque; — Terent. Hecyr. II, 2, 44 . . . quae res te facere id prohibet; — ibid. II, 1, 28 sumptus vestros otiumque ut nostra res posset pati; — „ Heaut. Tim. IV, 1, 53 non licet hominem esse saepe ut volt, si res non sinit; — Plaut. Epidic. v. 713 res dicit; — „ Stich. v. 522 . . . res amicos invenit; — „ Captiv. v. 447 res monet; „ Asinar. v. 518; Terent. Andr. III, 3, 19; al.; — „ Heaut. Tim. I, 1, 8 et praeterquam res te adhortatur tua; — Caecil. Stat. „Obolostates“ f. v. 128 res delicat; — Plaut. Amph. v. 1068 . . . iam ea res me horrore adficit; — „ Stich. v. 18 haec res vitae me, soror, saturant; — Terent. Andr. V, 4, 45 iam dudum res reduxit me ipsa in gratiam; — ibidem v. 832 dum res tetulit, nunc non fert; „ Adolph. v. 730; „ Heaut. Tim. v. 679, 80; — „ Hecyr. III, 1, 18 . . . nova res ortast, porro ab hac quae me abstrahat; — ibidem I, 2, 85, 6 . . . atque ea res multo maxime diiunxit illum ab illa; — innumerabilia alia; — Var. de ling. Lat. lib. X, § 2 res declarat; — „ rer. rust. lib. I, XXII, 6 quae enim res quotidie videntur, minus metuunt furem.

causa, argumentum, consuetudo:

Terent. Andr. V, 4, 1 . . . una harum quaevis causa me ut faciam monet; — „ Hecyr. III, 4, 12 olim quidem te causa impellebant leves; — Lucil. sat. lib. XXIX, v. 20 quae (causa) me ab ullo commodo abducat tuo; — Var. rer. rust. lib. I, XXXIV, causa cogit; — Cic. fam. IV. 8. 2 quantum ei res et causa concedit; — ibid. VI. 13. 4 eadem enim causa opes meas fregit; — Cat. IV. 7. 15 quos — hodiernus dies vobiscum atque haec causa coniungit¹); — Acci „Pelopidae“ f. v. 516 multa argumenta redigunt animam et commovent; — Terent. Andr. I, 5, 44, 5 ut neque consuetudo, neque amor . . . commoveat

1) exstat priscae et Ciceronianae Latinitatis exemplorum discrepantia propter maiorem numerum audaciorum locutionum, quae potissimum sub 2 afferendae sunt.

neque commoneat; — „ Heaut. Tim. II, 3, 43 quae (sc. cotidiana vitae consuetudo) cuiusque ingenium ut sit, declarat maxime; — Var. de ling. Lat. lib. IX, § 80 . . . nec consuetudo diceret; — ibid. lib. X, § 74 non repugnante consuetudine; — „ lib. IX, § 1 consuetudo patitur; saepius; — „ de serm. Lat. lib. I, 41 nam ea (consuetudo) e medio loquendi usu placita adsumere consuevit; sim. — Cic. Caecil. 21. 68 consuetudo serpere ac prodire coeperit; — „ Phil. V. 7. 19 locutus sum de re publica minus equidem libere quam mea consuetudo, liberius quam periculi minae postulant.

usus, ratio :

Plaut. Mil. glor. v. 808 quando usus poscet; — Terent. Adolph. V, 4, 23, 4 quin res, aetas, usus semper aliquid adportet novi, | aliquid moneat; — Pacuv. incert. fab. v. 374 usus edocet; — Plaut. Cistel. si quidem usus venerit; saepius; — Cic. Mur. 39. 83 petunt enim rationes illius, ut orbetur auxilio res publica.

β) notiones temporis :

tempus, occasio :

Terent. Andr. III, 5, 18 namque hoc tempus praecavere mihi me, haud te ulcisci sinit; — Afranii „Exceptus“ f. v. 140 res, tempus, locus . . . hortabatur; — Plaut. Bacchid. v. 676 an nescibas, quam eiusmodi homini raro tempus se daret; — Terent. He-cyr. III, 3, 14 . . . tempus spatium ullum dabat; — „ Heaut. Tim. IV, 1, 54 nunc ita tempus fert; — Plaut. Trinum. v. 998, 9 tempus veniet; incert. incert. trgd. v. 116; al.; — „ Plaut. Asinar. v. 278 nam huic occasione tempus si se supterdixerit; — Var. sat. Menip. „Synephebus“ [περι εμμονης] 514 cum tempus revo-cat, ea praecox est fuga? — Plaut. Asinar. 280 erum in obai-dione linquet (occasio), inimicum animos auxerit; — „ Pers. v. 268 occasio admonet.

vita, aetas, senectus :

Plaut. Merc. v. 73 postquam recesset vita patrio corpore; — Cic. fam. VI. 4 acta iam vita vetat, in ea vim timere; — „ de or. II. 50. 204 docuit iam nos longa vita ususque; — „ off. II. 4. 15 quibus rebus exulta hominum vita destitit a victu bestiarum. — Plaut. Merc. v. 40 principio ut aetas ex ephebis ex-

iit¹⁾; — „ Bacchid. v. 153 sed iam excessit mi aetas ex magisterio tuo; — Terent. Phorm. v. 422, 3 . . . nam tua | praeterierat iam ad ducendum aetas; — „ Adolph. V, 4, 23, 4 sub α not. usus; — Cat. orat. contra Ser. Galbam pro direptis Lusitanis: „ multa me dehortata sunt, aetas, vox, vires, senectus“; — Cic. de or. III. 22. 85 quantum mihi puerilis aetas, forenses feriae concesserint.

annus, mensis:

Plaut. Epid. v. 544 sic anni multi dubiam me dant²⁾; — Acci „Epigoni“ f. v. 286 . . . quos iam ab armis anni porcent; — Lucil. sat. lib. XXIX, 94 . . . anno vertentei; — Var. rer. rust. lib. I, I, 1 annus enim octagesimus admonet me, ut sarcinas colligam; — Cic. Ver. III. 18. 47 oratores iam superior annus funditus everterat; cf. Cael. 12. 28; — Att. I. 18. 3 ordinum concordiam diiunxit (ille annus); — Plaut. Trucul. 402 quoniam iam decumus mensis adventat prope; — Terent. Adolph. v. 691 . . . menses abierunt decem.

dies, (triduum), nox, meridies:

Plaut. Curcul. v. 5 si status condictus cum hoste intercedit dies; — „ Epidic. v. 544 longa dies meum incertat animum; — Cat. lib. de agricultura CXLVIII totidem dies emptori procedent; — ibidem CXII, 2 ubi dies XXX praeterierint; — „ „ „ 3 ubi triduum praeterierit; — Cic. Cat. IV. 7. 15 cf. sub 2 α not. causa; ibidem: quos cum casu hic dies ad aërium frequentasset; — Plaut. Mercat. v. 227 quae (nox) praeteriit proxima; — Enn. annal. lib. X, v. 343 hinc nox processit stellis ardentibus apta; — Plaut. Mostell. v. 651 heus, iam adpetit meridies³⁾.

1) coniecit Ritschl parerg. pg. 20 atque animus phoeb etate exiit B D F atque animus etate exiit: phoebus C atque animus ephēbis aetate exiit Z.

2) cui exemplo facere non possum quin diffidam propter translationem. quae mea opinione ferri vix potest, quamquam eadem verba omnibus videntur tradita esse codicibus.

3) hoc in exemplo perlucet genuina petendi verba natura, idem quod dici potest de nonnullis quintae classis locutionibus cf. Plaut. Mil. glor. v. 393 satin eadem vigilanti expetunt, quae in somnis memoras; vid. Amph. v. 174; 494, 5; v. 871, 2; v. 589; v. 895, 6 (expetere = cadere, accidere); — Plaut. Epidic. v. 37 id modo videndumst, ne materles suppetat scutariis (suppetere = in

feriae, exodium:

Cat. lib. de agricultura CXL si intermiseris, aut feriae publicae aut familiares intercesserint; — Var. rer. rust. lib. I, II quid vos hic? inquam, num feriae sementivae otiosos huc adduxerunt? — Lucil. sat. ex lib. incert. v. 139 . . . principio dignum exodiumque sequetur.

γ) aliae quaedam notiones:

vox, vocabulum, verbum, oratio, sermo, sonitus:

Cat. orat. contra Ser. Galbam pro direptis Lusitanis cf. sub β not. aetas; — Plaut. Epid. v. 235 haec vocabula auctiones subigunt, ut faciant viros; — „Stich. v. 193 haec verba subigunt me, uti mores barbaros | discam; — Terent. Hecyr. III, 1, 33 fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc concivisse¹⁾; — „Eunuch, v. 158 nempe omnia haec nunc verba huc redeunt denique; — „Heaut. Tim. V, 3, 8 immo scis potius, quam quidem redeat de integro oratio; — Acoi Antigonae v. 138, 9 attat nisi me fallit in obito | sonitus; — Plaut. Mil. glor. v. 995 . . . edepol huius sermo haut cinerem quaeritat.

promptu esse vel satis adesse); cf. praeterea ibid. v. 397; Amph. v. 14; Curcul. v. 368; 334; Pers. v. 330; denique vid. Pseudol. v. 108 utinam quae dicis, dictis facta suppetant (= respondeant, consentanea sint); Asinar. v. 56 [addendum est nullam aliam suppetendi verbi notionem in posterum existere, nisi recentiore aetate apud Ulpianum Dig. 47, 2, 52 „Furti actionem adversus eum, qui suppetet“; qua in locutione suppetere est idem ac pro aliquo, alicuius loco petere.] — quam genuinam naturam si consideramus, monendum est, verbum motum significare. habemus enim radicem „pet“, de qua Curtius haec iudicat in libro suo „grundzüge der griechischen etymologie“, pg. 210 nr. 214: „als grundbedeutung der wurzel pat, pet ist die einer raschen bewegung anzunehmen, die im lateinischen petere sich in grosser allgemeinheit festgesetzt, im skt. aber und im griechischen sich in die beiden hauptbedeutungen fliegen und fallen gespalten hat (πέτομαι und πίπτω).“ — quae cum ita sint, significat „petere“ ire, currere, sim. itaque ei verbo non respondet accusativus obiecti, sed qui dependet casus est aut accusativus cum praepositione in vel ad, aut dativus. est igitur „petere“ verbum intransitivum. — quo vero modo constructionis mutatio explicanda est? — in nova constructione adhibita scribenti non primaria sed illa iam derivata atque secundaria vis verbi ante oculos versabatur, qua significat „petere aliquem“ id, quod in nostro sermone exprimitur verbis „jemand zu erreichen suchen“, vel „jemand bitten“. simile quid statuit Haase, ut locutioni illi Taciteae „praesidere exercitum“, pro qua exspectamus „praesidere exercitui“, lucem afferret.

1) concivisse Donatus concluderit A concivisset efficiebat corr. rec. civerit
is et
.....
in ras. D conciverit B C E F P.

labor, moenia (= munia), negotium, otium :

Plaut. Mercat. v. 72 tibi denique iste pariet laetitiam labos; — Lucil. sat. lib. XXVI, v. 10 hunc laborem sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat; — Plaut. Nervol. v. 80 prohibentque moenia alia, unde fungar mea; — Naev. carm. de bel. Pun. lib. VII, 56, 7 id quoque paciscunt, moenia ut sint, quae concilient | Lutatium; — Plaut. Pers. v. 505 ita hic est, quod me detinet negotium; — Terent. Eunuch. II, 2, 34 viden, otium et cibus quid faciat alienus.

vilitas, damnum, vitium, delictum, bonum :

Terent. Phorm. V, 9, 24 . . . haecine erat ea, quae nostros minuit fructus vilitas? — Plaut. mil. glor. v. 698, 9 haec atque horum similia alia damna multa mulierum | med uxore prohibent; — „ Mostel. v. 826 . . . id eis vitium nocet; — Sext. Turpil. Lindiae v. 148 vitia, quae te vilitant; — Cat. lib. de re militari ad Marcum fil. 3 Vegetius de re milit. I, 13 deinde in aliis rebus, sicut ait Cato, si quid erratum est, potest corrigi, proeliorum delicta emendationem non recipiunt¹). — Plaut. Trinum. v. 300 multa bona in pectore consistent.

memoria, consilium :

Plaut. Bacchid. v. 136 ubi me fugiet memoria²); — Terent. Heaut. Tim. v. 209 necesse est, Clitipho, consilia consequi consimilia.

mina, vis, poena, terror :

cf. Cic. Phil. V. 7. 19 sub 2 a a not. consuetudo; — „ fam. VIII. 14. 4 quas ferrum et vis diiudicabit; — Cat. orat. contra Ser. Galbam pro direptis Lusitanis cf. sub β not. aetas; — Cic. Mur. 34. 71 nulla est poena, quae possit observantiam tenuiorem ab hoc vetere instituto officiorum excludere; — ibid. 21. 43 accusandi terrores — animorum studia debilitant.

1) cui locutioni prae illa aetate magna inest dicendi audacia; neque alienum esse videtur, quod nihil eiusmodi alias legitur, conicere, totam locutionem pertinere ad posteriorem Latinitatis aetatem, itaque ad Vegetium ipsum verba sunt referenda, quod is suis verbis Catonis sententiam exprimit.

2) fugiet B effugiet C D E G H. rectissime retinetur cod. B lectio, neque scribendum est „effugiet“, quod „fugiet“ scriptura sola respondet genuinae formulae „id me fugit“, cuius ad exemplar nostra est conscripta locutio.

odor:

Plaut. Captiv. v. 809 quorum odos subbasilicanos omnis abigit in forum; — „, Poenul. v. 1179 Arabus murrinus omnis odor complebat.

color:

Terent. Andr. V, 3, 7 eius color pudoris signum usquam indicat.

angustia, magnitudo:

Cic. de or. III. 61. 228 me temporis angustiae coëgerunt; — res et periculi magnitudo cogit.

caerimonia, religio:

Cic. Verr. I. 3. 7 religiones vero caerimoniaeque consistere eius animum non sinunt.

voltus:

Cic. Cluent. 33. 89 voltus enim vestri me invitant, ut . . .

nomen:

Cic. Rab. 3. 8 latius enim quam ipsius vicinitatis nomen ac termini postulabant.

commeatus, mala crux, partitudo, schema, signum, turba¹⁾:

Plaut. Stich. v. 452 per hortum utroque commeatus continet²⁾; — „, Aulul. v. 68 quae te mala crux agitat; — ibidem v. 75 filiae propinqua partitudo quoi appetit. cf. adnotat. ad not. meridies sub β); — Lucil. sat. lib. XXIX, v. 85 in gymnasio ut schema antiquom spectatores retinerit; — L. Afranii Simulant. v. 308 . . . nam ut signa indicant; — Terent. Andr. I, 4, 8 ut sciam, num quidnam haec turba tristitiae adferat.

b) substantiva concreta:

cena, cibus, esca, piscis, ostrea, helops, sargus, senapis, vinum:

Plaut. Bacchid. v. 537 non placet mihi cena, quae bilem movet; — Var. rer. rust. lib. III, II, 16 quae (collegiorum cenae) nunc

1) saepius subiecta litterarum ordine solo retento enumerantur, nisi notionum exstat inter se similitudo.

2) continet B C Db F Z convenit Da conve . . . A. — „continet“ lectio mea opinione est optima, quamquam in cod. A reliquiae esse videntur scripturae „convenit“; id „continet“ enim non solum nititur loco altero Plautino cf. Mil. glor. v. 468 „commeatus transtinet“ trans parietem, verum etiam locutione Varroniana simillima, vid. de ling. Lat. lib. V, § 47 „quod hinc oritur caput sacrae viae ab Streniae sacello, quae pertinet in arcem“.

innumerabiles excandefaciunt annonam macelli; — Terent. Eunuch. II, 2, 34 vid. sub a γ not. otium; — Plaut. Mostel. v. 691 nec quod una esca me iuverit magis¹⁾; — Var. sat. Menip. „περι ευκαιρίας“ 549 nec multonummus piscis ex salso captus | helops neque ostrea illa magna Baiana | quivit palatum suscitare; — Lucil. sat. lib. incert. v. 51 quem praeclarus helops, quem Aegypto sargu' movebit? — Plaut. Pseudol. v. 817, 8 teritur senapis scelera, quae illis, qui terunt, | oculi ut exstillent, facit; — „Mil. glor. v. 833 nam nimis calebat (vinum), amburebat — gutturem.

aurum, argentum, pecunia, minae, mille nummum, divitiae, dos, vectigal:

Plaut. Aulul. v. 66 quod (aurum) me sollicitat plurimis miserum modis; — „Trinum. v. 857 ille uti me ornavit, ita sum ornatus, argentum hoc facit; — Cic. Cluent. 32. 87 ipsa pecunia — ad quam rem fuerit, ostendet; — „Verr. II. 23. 57 iam ntelligetis, hanc pecuniam, quae via exire visa est ab eo, eam semita revertisse; — Plaut. Pseudol. v. 54 . . . nunc unae quinque remorantur minuae; — Terent. Heaut. Tim. v. 837 hasce ornamentis consequentur alterae (minuae); — Plaut. Trinum. v. 1002, 3 nam epistolae illae mihi concenturiant metum | in corde et illud mille nummum; — „Captiv. 319 ne tuum animum avariorem faxint divitiae meae; — Lucil. sat. lib. V, v. 48 (credimus) divitias ullas animum mi explere potesse; — Cic. act. in Verr. 1. 3 sin ingentes divitiae — veritatem perfrerint; — Terent. Heaut. Tim. v. 939 . . . nihil nos dos movet; — Cic. Parad. VI. 44 tot dotes magnam quaerunt pecuniam — „Agr. I. 7. 21 non dico hoc solum in re publica vectigal esse, quod hostem non pertimescat.

bilis, oculus, sanguis, palla:

Plaut. Captiv. v. 591 atra bilis agitat hominem; — Lucil. sat.

1) necquodunaescameiuerit A, nisi quod minus certae litterae, quibus puncta supposuit E. ne quod est cauna meruerit B ne quod est caunam eruerit C ne qd est cauna meruerit D. — hoc uno loco, cum alias ubique neutrum pronomini personae vices gerat, audet Plautus substantivum concretum subiecti loco ponere. itaque caute de eo exemplo est iudicandum, quamquam codice A haec contineri videtur lectio, cum in omnibus aliis codicibus corruptus atque depravatus tradatur hic totus locus.

lib. XXVII, v. 23 illo oculi deducunt ipsi; — ex incert. incert. trgd. v. 209 ut multus e visceribus sanguis exeat; — Plaut. *Menaech.* v. 600 placabit palla, quam dedi ¹⁾.

litterae, epistula, tabella, liber, versus:

Plaut. *Bacchid.* v. 801 quid hae locuntur litterae; — Cic. *Att.* XIII, 17 etsi tuae litterae recte sperare iubent; — *ibid.* VIII, 4. 3 scio, quid respondeant consultationi meae litterae; — „ *VII*, 23 tribunum pl. Philotimi litterae ad vitam revocarunt; — *fam.* V. 4. 1 litterae Q. fratris — tantum spei dederunt; — „ *Brut.* 33. 125 damnum Latinae litterae fecerunt; — „ *Att.* III. 19. 2 me tuae litterae nunquam in tantam spem adduxerunt. — Plaut. *Pseudol.* v. 1007, 8 . . . perge opera experier, | quid epistula ista narret; — *ibidem* v. 1097 epistula atque imago me certum facit; — „ *Trinum.* 1002, 3 sub. not. mille nummum; — Cic. *Att.* IX. 6. 5 primae (epistolae) monent et rogant; — *ibid.*: proximae (epistolae) gaudere te ostendunt, me rem auxisse; — „ *Quint. fr.* II. 8. 2 mihi — epistola hoc aspersit molestiae; — Plaut. *Bacchid.* v. 808, 9 . . . hae tabellae te arguont, | quas tu attulisti; — „ *Pers.* v. 499 quid istae (tabellae) narrant? ipsae tibi narrant. — Cic. *fam.* IX. 1. 2 ignoscunt mihi, revocant (sc. libri); — „ *or.* 43. 147 me — ille versus dissimulare non sinit.

rete, hamus:

Plaut. *Rud.* v. 985 meum quod rete atque hami nacti sunt, meum potissimumst.

saxum, vallum, fossa:

Acci „*Denomachus*“ f. v. 504 saxum id facit angustitatem; — L. Cornel. *Sisen. lib.* III, 14 agilem dari facilemque victoriam, neque fossas aut vallum remoraturum.

ilex:

L. Cornel. *Sisen. lib.* II, 8 vetus atque ingens erat arbor ilex, quae circum proiectis ramis maiorem partem loci summi tegebatur.

imago:

Plaut. *Pseudol.* v. 1097 cf. sub not. epistula.

1) placabit B Beroaldus placebit C D F Z.

monimentum, statua, laurus, anulus :

Var. de ling. Lat. lib. VI, § 49 quo praetereuntis ad moneant (monimenta); — Cic. Verr. II. 63. 154 quae (statuae) hoc demonstrare videantur; — „, fam. II. 16. 2 sed incurrit haec nostra laurus in oculos; — „, Verr. III. 80. 187 neque enim iste anulus aureus — istum virum fortem sed locupletem esse declarat.

ager, via :

Cic. Agr. II. 26. 70 Sullanus ager — tantam habet invidiam, ut veri ac fortis tribuni plebis stridorem unum perferre non possit; — Var. de ling. Lat. lib. VI, § 25 ideo ubi viae competunt, tum in competis sacrificatur, cf. adnot. sub 2aβ not. merities; — Cic. Off. I. 28. 100 viam, quae deducit.

portus :

Cic. Agr. II. 29. 80 quid vos Asiae portus — iuvabant, cf. fin. III. 19, 63.

terminus :

Cic. Rab. 3. 8. cf. sub 2aγ not. nomen.

membrum :

Cic. Off. III. 5. 22 ut posse putaret se valere (sc. membrum).

ferrum, arma, sica, aculeus, lacrima :

Cic. fam. VIII. 14. 4 quas ferrum et vis diiudicabit; — Mil. 1. 3 quam ob rem illa arma — praesidium — ut magno animo simus, hortantur; — ibidem 5. 14 rem publicam tamen non volnerarunt arma; — ibid. 14. 37 haec (sica) insidiata Pompeio est, haec istam Appiam nece Papirii cruentavit; — Att. I. 18. 2 insident et urgent et nullius amantis consilio aut sermone requiescunt (aculei); — post red. II. 3. 7 fratris — lacrimae sordesque lugubres a vobis deprecatae sunt; — Quint. fr. I. 3. 10 me lacrimae non sinunt scribere.

flamma, ignis :

Verr. IV. 31. 69 ut illa flamma divinitus exstitisse videatur, non quae deleret Iovis Optimi Maximi templum, sed quae praelarius deposceret; — „, Verr. V. 35. 93 flamma ex ipso incendio navium et calamitatem acceptam — nuntiabat: — ibidem: adventum significabat ignis e specula ablatus.

vestis, toga:

Quint. fr. I. 1. 2 nulla pictura, nullum vas, nulla vestis — (te) ab summa integritate continentiaque deduxerit; — fam. XII. 13. 1 quae (toga) — rem publicam ex manibus eripuit ac reddidit....

villa, parietes, ianua, pictura, vas:

fam. XII. 20 quam quidem contumeliam villa pusilla iniquo animo feret; — Off. II. 8. 29 itaque parietes modo urbis stant iique ipsi iam extrema scelera metuentes; — pet. cons. 11. 44 quae (ianua) significat voluntatem abditam esse.

II. sermo agricoliarum.

1) locutiones agricolae et aliae et ante omnes eae, quae ad fundum eiusque fruges attinent: subiecta haec sunt notiones:

α) subsantiva abstracta:

cultura, temperatura, terrae bonitas, fundi virtus:

Var. rer. rust. lib. II, X, 6 quae cultura quaereret, providebant¹⁾; — sat. Menip. *αλλ ου μενει σε [περι φιλαργυριας]* 23 quaero a te, utrum hoc adduxerit caeli temperatura an terrae bonitas; — Lucil. sat. lib. XVI, v. 18 fundi delectat virtus.

mos, venus:

Var. rer. rust. lib. II, X, 9 cum venit pariendi tempus, quibus mos eorum non denegavit; — ibidem 6 nec huc [conversa] venus pastoralis longius quid quaerit.

annus:

Var. rer. rust. lib. I, LV, 3 quo facto fructum amittunt posterius anni.

commutatio:

Var. rer. rust. lib. II, II, 14 quod commutatio et lanam facit variam et corrumpit uterum.

durities:

Var. rer. rust. lib. I, LV, 2 durities enim eorum quod non solum

1) cultura quaereret Iucundus cultura quaeret P A B cultum quaerent V.

stringit baccam, sed etiam ramos glubit et relinquit ad gelidum resectos.

vectura :

Var. rer. rust. lib. I, XVI, 6 eundem fundum fructiosorem faciunt vecturae.

aspectus, — desiderium :

Var. rer. rust. lib. III, V, 3 quod eorum aspectus ac desiderium marcescere facit volucres inclusas.

b) substantiva concreta:

crates, sarmentum :

Cat. lib. de agr. XLVIII, 2 eo sarmenta aut cratis ficarias imposito, quae frigis defendant et solem.

lutamentum :

Cat. lib. de agr. CXXVIII . . . neque lutamenta scindent se.

materia, — succus, — fossa, — mammilla, — piscina, — rete :

Var. rer. rust. lib. I, XLI quod densa materia non est et ideo sequitur calidorem; — de ling. Lat. lib. V, § 102 eadem nux (glans dicitur), quod ut nox aerem huius succus corpus facit atrum; — rer. rust. lib. I, XIV, 2 sed fossa ita idonea si omnem aquam . . . recipere potest; — „ lib. III, XIV, 2 quae (sc. mammillae) eructent aquam; — ibidem XVII, 2 et potius marsippium domini exinaniunt quam implent (sc. maritimae piscinae); — ibidem IX, 15 rete, quod prohibeat eas evolare.

nix, — sacculus :

Lucil. sat. lib. XXII, v. 4 . . . cum nix et sacculus abstulerit (vini durum).

traps, — pertica, — axis :

Var. sat. Menip. „Parmeno“ 391 alia traps . . . | frangit ramos cadens; — rer. rust. lib. III, IX, 7 in caveis crebrae perticae traiectiones . . . ut omnes sustinere possint gallinas; — „ lib. III, V, 15 qui (axis) pro mensa sustinet rotam radiatam.

metreta, — oporothea :

Cat. lib. de agr. C metreta oleum non bibet et oleum melius faciet; — Var. rer. rust. lib. I, LIX, cum umorem amiserint (oporotheae).

ovum:

Var. rer. rust. lib. III, IX, 11 si demiseris in aquam ovum, quod inane natet, plenum desidit.

palatum:

Var. rer. rust. lib. I, LXVI propter amaritudinem respuit palatum.

plaustrum:

Var. rer. rust. lib. I, XIII, 2 haec (plaustra et cetera instrumenta) enim . . . adversus tempestatem nocentem non resistunt.

serrula:

Var. rer. rust. lib. I, L, 2 et stramenta stantia in segete relinquit (sc. serrula ferrea); — ibidem: haec cum comprehendit fascem spicarum.

β) praedium, fundus, terra:

Terent. Phorm. IV, 3, 75 fructum quem Lemni uxoris reddunt praedia. — Var. rer. rust. lib. I, XI . . . quam postulat fundus; — „ lib. I, IX, 3 sic de aliis generibus reliquis admixtae terrae tres gradus ascendunt eosdem; — ibidem 6 in mediocri autem terra, ut in Tiburti, quo propius accedit (terra), ut non sit macera quam ut sit ieiuna, eo ad omnes res commodior, quam si inclinavit (terra) ad illud, quod deterius; — „ lib. I, VIII, 5 in quo terra cubilia praebet uvis; — „ lib. I, XIII, 4 non enim sucum, quem quaerit terra, solem ante exugere oportet.

granum, semen, frumentum, fructus, fruges, segetes:

rer. rust. lib. I, LI . . . eius grana . . . et recipiant aquam et ostia aperiant maribus et formicis; — „ lib. I, XL, 2 semen vetus tantum valet in quibusdam rebus, ut naturam commutet; — „ lib. I, XLVIII, 2 granum a gerendo (sc. vocatur): id enim ut gerat spica, seritur frumentum, non ut glumam aut aristam gerat. . . .; — „ lib. III, VIII itaque eorum fructus id temporis maxime consistit; — „ lib. I, XXXVII, 4 quod omnis fere fructus quinto denique gradu pervenit ad perfectum ac videt in villa dolium ac modium, unde sexto prodit ad usum; al. sim.; — lib. I, II, 8 possentne fructus pro impensa ac labore redire; — Cat. lib. de agricult. XXXVII, 2 quae segetem stercorent fruges, lupinum, faba, vicia; — ex incert. incert. trgd. v. 136 segetes largiri fruges.

faba, vicia, lupinum, asparagus, heliotropium:

Var. rer. rust. lib. I, XLIV 1, . . . ut ex eodem semine aliubi cum decimo redeat (faba); — ibidem XXXI, 5 vicia dicta a vinciendo, quod item capreolos habet ut vitis, quibus, cum susum versus serpit, ad scapum lupini aliumve quem ut haereat, id solet vincire; — cf. de ling. lat. lib. III, II; rer. rust. lib. I, XXIII, 3 cum (lupinum) minus siliculam cepit; — ibidem 5 . . . quod ita petit asparagus; — „ lib. I, XLVI quod (heliotropia) ad solis ortum mane spectant et eius iter ita secuntur ad occasum, ut ad eum semper spectent.

vinum, vinea, vitis, sarmentum, acinum, mustum, talea, olea, liber:

Cat. lib. de agricult. XXV quom vinum coctum erit et quom legitur, facito, . . . ne vinum nomen perdat. — „ XXXIII, 4 et quae (vinea) iam in perticam ibit; — Var. rer. rust. lib. I, VIII, 7 quod in partu et alimonio vinum non ut in calice quaerit aquam sed solem; — „ lib. I, VIII, 5 ea minus sumptuosa vinea, quae sine iugo ministrat acrotophoro vinum; — ibidem 2 vinea non metuit sumptum; — ibid. 6 ne vindemia facta denique discat [vitis] pendere; — ibid. 5 quae (vitis) ostendit, se adferre uvam; — ibid. 7 . . . primum e vinea in arbores descendit vitis; — Cat. lib. de agricult. I, 2 ne eas vitis scandat; — Var. rer. rust. lib. I, XXXI, 2 ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare sucum; — Cat. lib. de agr. CXII, 3 ut conbibant aquam marinam (acina); — Var. rer. rust. lib. I, LXV neque etiam cum processit ita (mustum); — Cat. lib. de agr. XLV, 2 si parum descendet (talea); — ibid. LXIV, 2 et totidem modiis collecta (sc. olea) plus olei efficiet et melius; — Var. rer. rust. lib. I, LV, 4 alia (olea) ut eliquescat ac non corpus intus unguat sed etiam extrinsecus; — ibidem 3 saepe enim percussa olea secum defert plantam; — ibid. 4 olea ut uva per idem bivium redit in villam. — Cat. lib. de agr. XLV, 3 taleae ubi trimae sunt, tum denique maturae sunt, ubi liber sese vertet.

arbores, ficus, platanus, quercus, ulmus, silvestria:

rer. rust. lib. III, XII, 3 et arbores patulis ramis, quae aquilae impediunt conatus; — „ lib. I, XVI, 5 refert etiam ad fundi fructum, ut arbores non solum minus ferant, sed etiam fugiant, ut introrsum in fundum se reclinent; — de ling. Lat. lib. V,

§ 74 ut arbores, quae in confinio natae in utroque agro serpunt; — rer. rust. lib. I, VII, 6 platanus, quae folia hieme non amittat . . . ut neque ficus neque vites amittant folia; — „ lib. I, XXXVII, 5 platanum radices egisse; — „ „ XL, 5 non enim pirum recipit quercus; „ „ XV nulla potior serenda (arbor), quod maxime fructuosa (ulmus) quod et sustinet saepem ac cogit¹⁾ aliquot corbularum uvarum et frondem incundissimam ministrat ovibus ac bubus ac virgas praebet saepibus et foco ac furno; — „ „ XLV, 3 itaque ita esse docent silvestria, ad quae sator non accessit.

sorbum, pensilia, folium, radix:

rer. rust. lib. I, LXVIII quod prius domi maturitatem adsequi vult sorbum quam nequit in arbore; — ibidem „ pensilia, mala et sorba ipsa ostendunt, quando ad usum oporteat promi, quod colore mutato et contractu acinorum, si non dempseris ad edendum, ad abiciendum descensurum se minitantur; — „ lib. I, XLVI horum enim folia cum converterent sese; — „ „ XXXVII, 5 radices angustias diffidunt; — „ „ XXIII, 6 antequam radices longius procedere possint; sim. XLV, 3; — de ling. lat. lib. V, § 123 . . . quare vel inde radices in agrum Sabinum et Romanum sunt profectae.

2) locutiones agricolae, quae praestant eum medicinae non ignarum.

subiecti loco ponuntur substantiva:

brassica, — vinum, — laterculus, — lepus, — remedium, — medicamentum:

Cat. lib. de agricult. CLVII, 3 haec (crispa brassica apiacon vocatur) omnia ulcera purgabit, sanaque faciet sine dolore; eadem tumida concoquit, eadem erumpit²⁾, eadem vulnera putida canceresque purgabit sanosque faciet, quod aliud medicamentum facere non potest; — „ CLVI . . . reddet te (brassica), quasi nihil ederis; — CLVII omnia ad salutem temperat (brassica pythagorea), commutatque sese semper cum calore; — „ CXXVII idem vinum taenias perpurgat; — „ CXV, 2 alvum movebit et perpurgabit (vinum); — „ CLX sinito conbi-

1) cogit Nonius pg. 197, 25 colit V A B.

2) „erumpere“ verbum habet vim transitivam, quae fere nusquam invenitur.

bant (laterculi) noctem et diem; — Cat. libri ad filium [de medicina?] 3 lepus multum somni adfert, qui illum edit; — Cat. lib. de agricultura CLVII, 6 id (remedium) benefaciet et mali nihil sinet in corpore consistere, . . . et de capite et de oculis omnia deducet . . .

alvus, — caro, — coxendices, — cancer, — ulcus, — lotium:
Cat. lib. de agricult. CXXXVI et si alvus non consistet; — Var. rer. rust. lib. III, XVI, 16 ut ne agitentur neve inter se contingant (alvi). — Cat. lib. de agr. CLXII, 2 caveto, ne caro carnem tangat; — „ CLX ubi coierint coxendices et altera alteram tetigerint; — „ CLVII, 3 cancer ater, is olet et saniem sparcam mittit; — ibidem 5 etsi ulcus acrimoniam eius ferre non potest; — ibid. CLVI, 7 quibus aegre lotium it.

plaga:

Var. rer. rust. lib. I, LV, 2 gravidior enim plaga medicum quaerit.

3) locutiones, quae redoleant agricolam, qui etiam fabrorum habet scientiam:

subiecta rei saepius in eis leguntur, et quidem:

fundus, — villa, — fortax, — arca, — modiolus, — clavus, — mortarium, — orbis:

Cat. lib. de agricult. III, 1 ne villa fundum quaerat, neve fundus villam; — „ XXVIII, 2 facito fortax totam fornacem infimam complectatur; — „ CLI, 3 sub cavas (arcas) facito, uti aquam continere possint; — „ XXI, 1 cupam facito PX tam crassam, quam modioli postulabant; — ibidem 3 supra imbrices extrinsecus cupam pertundito, quo clavus eat, qui orbem eludat; — „ XXII, 1 orbis cavere oportet, ne quid mortarium terant . . . 2 si orbis altiores erunt atque nimium mortarium deorsum teret.

cavea, — summetria:

Var. rer. rust. lib. III, IX, 6 caveae, quae spectent ad . . . , ita ut lumen praebeant multum; — „ sat. Menip. „Manius“ 249 harum aedium | summetria confutabat architectones¹).

III. sermo medicorum.

notiones, quae in locutionibus subiecti vice funguntur, sunt:

1) substantiva abstracta:

α) **angina, nausea, febris querquera, veternus:**

Lucil. sat. lib. XXX, v. 38 *insperato abiit, quem una angina sustulit hora*; — Plaut. Mercat. v. 375 *nausea edepol factum credo, verum actutum abscesserit*; — Lucil. sat. incert. frgm. v. 35 *querquera consequitur capitisque dolores*; — Plaut. Menaech. v. 891 *num eum veternus aut aqua intercus tenet?*

β) **dolor, vis, aestus, — sudor, — gressus:**

Terent. Hecyr. III, 2, 14 *nam si remittunt quippiam Philumenae dolores*; cf. Lucil. sat. incert. frgm. v. 35 sub α not. *febris querquera*; — Acci Philoctetae v. 564, 5 *conficit animam | vis vulneris, ulceris aestus*; — Lucil. sat. lib. XXVI v. 59, 60 ut | *sudor se omnibus distento corpore expirat viis*; — Acci Philoctetae v. 568 *agite ac vulnus ne succuset gressus*.

2) substantiva concreta:

α) **bova, flemen, molucrum, aqua intercus:**

Lucil. sat. lib. incert. v. 39 *ne bova noxit*; — Plaut. Epidic. v. 669, 70 *ita, dum te sequor, | lassitudine invaserunt misero in genua flemina*; — L. Afranii Virginis v. 338 *molucrum transit sine doloribus*; — Plaut. Menaech. v. 891 vid. sub 1 α not. *veternus*.

β) **venter, oculus, tergum, vena:**

Plaut. Mil. glor. v. 33 *venter creat omnes hasce aerumnas*; — *oculi dolent; tergum dolet*; al. sim. saepissime leguntur apud Plautum²⁾ — Acci Philoctetae v. 552, 3 *e viperino morsu venae viscerum | veneno imbutae taetros cruciatus cient*.

1) Ciceroniana exempla, quae maioris sunt momenti, desunt. *summetria* I.² *Rothius summa atria* H L¹ W *summetriam Mercerus confutabant* edd. *confortabant Laurenbergius*.

2) *dolendi* verbum notione dignissimum est propter duplicem quam habet naturam. atque si primariam notionem consideramus, habemus verbum statum significans. qua in condicione Haasii opinione omnia, quae secunda flectuntur coniugatione, verba initio fuerunt, et ea, quae unusquisque nostrum habet inter actionis verba, ut *monere, videre*, sim. cf. § 8 pg. 8. iam vero si nostri verbi

γ) **ballineae**:

Plaut. Mercat. v. 126 nunquam edepol balineae mi hanc lassitudinem eximent.

IV. sermo nautarum.

locutiones eius non sunt permultae. in quibus saepius iterantur notiones:

navis, lembus, celox, carbasus, portisculus:

cf. Plaut. Amph. v. 404, 5 navis venit; saepius; — „ Menaech. v. 340 navis advenit; saepius; — „ Rud. v. 66 illorum navis longe in altum abscesserat; — Cat. lib. de agricultura I, 4 qua (amni) naves ambulant; — Plaut. Amph. v. 701 quid, si e portu navis huc nos dormientis detulit; — „ Mereat. v. 75 navem, metretas quae trecentas tolleret; — „ Amph. 405 navis aliquid vehit; saep.; — Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 469 et melior navis quam stataria portat; — Plaut. Mostel. v. 740 quia venit navis, nostrae navi quae frangat ratem; — „ Bacchid. v. 281 . . . lembus ille mihi laedit latus; — „ Asinar. v. 286 is nostrae navi lembus insidias dabat; — Sext. Turpil. „Lemniae“ f. v. 98 lembi redeuntes domum duae ad nostram adcelerarunt ratem; — ex incert. incert. fab. pal. v. 24 . . . derepente abiit celox¹⁾; Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 560 carbasus alta volat pandam ductura carinam; — ibidem lib. VII, v. 233, 4 . . . portisculus signum | cum dare coepisset.

V. sermo militum.

subiecta rei sunt haec:

tuba, ballista, catapulta, hasta, machaera, sagus, scutus, lora:

Plaut. Amph. v. 227 . . . tubae utrimque canunt; — Caecil.

duplicis naturae originem perquirimus, opinor, actionis significationem iam antiquissimis temporibus exortam esse et in sermone quidem medicorum subiectis rei additis, cum sermone vulgari certe hic dicendi usus sit confirmatus. medici enim cum dicerent „oculi, tergum dolet“, quod in nostra lingua ad verbum convertere possumus „die augen, der rücken ist schmerz empfindend“ notionis verbi, quae statum significet, obliti sunt et sibi proposuerunt actionis significationem, ita ut recte cogitarent, corporis partes, quae sentirent dolorem, dolorem efficere. itaque easdem locutiones nos reddimus verbis „die augen schmerzen, thuen wehe“.

1) colo libri colos Rothius loco Maehly celox Lipsius rectissime coniecit. non est probanda coniectura Rothii, quod ea locutio nimia insignis est translatione cuius non exstat quasi analogon.

Stat. „Demandati“ f. v. 27 si unquam quisquam vidit, quem catapultae aut balistae icerit; — Enn. „Hectoris lutra“ f. v. 149 quae mea cominus machaera atque hasta hostibit; — Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 500 tergus igitur sagus pinguis operat; — Sext. Turpil. Demiurgi v. 40 quia non minus res hominem, quam scutus tegit; — Plaut. Truculent. v. 783 ita lora laedunt brachia.

frumentum:

L. Coel. Antipat. hist. incert. sed. frgm. 58 delinquere frumentum, Sardiniam hostes tenere.

VI. sermo mercatorum.

subiectorum partes agunt notiones:

merx, sumptus, quaestus, fenus:

Plaut. Poenul. v. 342 proba mers facile emptorem reperit; — „ Mil. glor. v. 727 quae improbast (merx) pro mercis vitio dominum pretio pauperet; — „ Poenul. v. 286, 7 non enim pote quaestus fieri, nisi sumptus sequitur, scio; | itidem ut quaestus non consistet, si eum sumptus superat, soror; — Var. rer. rust. lib. I, LIII summa enim spectanda, ne in ea re sumptus fructus superet. — Cat. lib. de agricultura 4 maximeque pius quaestus consequitur; — Lucil. sat. lib. XXVIII, v. 61 tantae se emporiis merces et faenera tollent¹⁾.

pretium, pecunia:

Var. de ling. lat. lib. V, § 15 quoad in aliquo constitit pretium; — „ „ „ § 95 quod in pecore pecunia tum pastoribus consistebat.

VII. sermo virorum doctorum.

locutiones, quae sunt:

1 α) grammaticorum; β) philosophorum; γ) historicorum; δ) oratorum, rhetorum.

subiecta rei haec sunt enumeranda:

1 α) **grammatica, philosophia, — analogia, similitudo, inaequalitas:**

Var. de ling. Lat. lib. V, § 7 secundus (gradus), quo grammatica

1) merces et faenera M montes et faetera.

escendit [antiqua]; — de grammatica 92 . . . sed quia ipsa nomine profiteri se litteras clamat (sc. grammatica); — de ling. Lat. lib. V, § 8 tertius gradus, quo philosophia ascendens pervenit atque aperire coepit; — ibidem lib. X, § 12 id quod postulat analogia; ibid. § 36; — „ lib. VIII, § 79 ut in hoc potius consuetudinem quam analogias dominari, facile animadverti potest; — „ lib. IX, § 89 . . . analogia non prohibet; — „ lib. VIII, § 26 . . . si doceat analogia; — ibidem § 33 . . . quod cum consuetudinem sequemur, ea nos sequetur analogia; — „ lib. X, § 19 magis quam in rebus suam optinet rationem (analogia); — „ lib. VIII, § 77 etsi in his dominaretur similitudo; — ibidem § 30 quare cum . . . dominetur inaequabilitas.

consuetudo, disciplina, licentia:

Var. de ling. Lat. lib. IX, § 20 non impedit vetus consuetudo; — ibidem lib. III, 2 quod approbat etiam loquendi consuetudo; — „ lib. VI, § 2 sic, inquam, consuetudo nostra multa declinavit; — ibidem § 82 consuetudo communis nunc servat; — „ lib. III, 2 hinc ad ipsarum inter se rerum similitudinem processisse licentiam nominandi; — „ lib. X, § 1 disciplina loquendi dissimilitudinem an similitudinem sequi deberet.

vocalis, syllaba, verbum, vocabulum:

Var. de ling. lat. III, 2 cum de quibusdam eas (syllabas aut vocales) subtrahimus, ne onerent aures; — „ lib. XIV—XVI frgm. 32 verborum alia sunt . . . ut ea, quae dicta sunt, alia (verba), quae expectant aliquid ad completionem sententiae¹⁾; — „ lib. V, § 3 et multa verba alia nunc ostendunt, aliud ante significabant; — „ lib. VI, § 2 ut verba litteras alia assumant, alia mittant, alia commutent; — „ lib. I, 1 cum ergo verbum procedit, si propter se procedit; — „ lib. V, § 9 an non potius mea verba illa, quae hereditate a Romulo rege venerunt; — „ lib. X, § 8 item propinquiora genere inter se verba similem saepe pariunt errorem; — „ lib. I, 1 verba ipsa dicta putat, quod aures quasi verberant; — „ lib. VIII, § 1 ut vocabula sententiam efferrent; — lib. IX, § 71 si transeunt vocabula e recto casu in rectum casum, quae tamen fere non discedunt

1) totus locus perquam corruptus est.

ab ratione; — „ lib. V, § 52 quod vocabulum coniunctarum regionum nomina obliteravit.

substantivum, periodus, circuitus.

Var. de serm. Lat. lib. I, 47 quae (substantiva) eandem litteram genitivo reddant; — ibidem lib. IV, 62 nam periodus . . . ad id rediens, unde exordium sumpsit; — ibid. 68 circuitus omnis hexametri versus modum excedens.

versus, metrum, prosodia, accentus, carmen, poetice :

Var. de serm. Lat. lib. I, 69 (ut Varroni placet) incipit (versus) autem a dimetro et procedit usque ad hexametrum; — ibidem „ metro cogente; — „ lib. III, 6 quia limes est, per quem duae supra dictae (prosodiae) ultro citroque non commeant; — ibidem 55 altitudinem discernit accentus; — „ lib. IV, 68 carmen ad ordinem suum recurrit; — de ling. Lat. lib. VII, § 2 quodsi poetice [quae] in carminibus servavit multa prisca; — ibidem „ sic etiam, cur esset, posuisset (poetice).

scriptura, nota, lectio, discrimen, figura (verbi, membrorum), natura (verborum), genus (declinandi):

Var. de serm. Lat. lib. I, 46 sicut scriptura in quibusdam libellis declarata; — „ lib. III, 60 quae notae demonstrant; — de grammatica 90 lectio est varia cuiusque scripti enuntiatio serviens dignitati personarum ¹⁾; — de ling. Lat. lib. VIII, § 16 quae (discrimina) nos et Graecos ad declinandum duxerunt; — „ lib. IX, § 37 et [similitudo] ²⁾ figura verbi ut sit ea quae ex se declinatu genus prodere certum possit; — „ lib. X, § 4 quae (figurae membrorum) eos dividunt a reliquorum amaliu[m] specie; — de serm. Lat. lib. I, 41 natura verborum . . . non quicquam aut minus aut plus tradidit, quam quod accepit; — de ling. Lat. lib. VIII, § 9 quod (genus) declinandi multas ex se parit disparilis formas . . . alterum genus sterile, quod ex se parit nihil.

lenitas, asperitas (litterarum), — cognatio (verbi), origo :

Var. de ling. Lat. III, 2 ut si leviter vel aspere sensum tangunt (res) lenitas vel asperitas litterarum ut tangit auditum, sic . . .; —

1) indicatur quidem verbis additis „ut adserit Varro“, totum locum e Varrone exscriptum esse, sed utrum ad verbum, necne, manifestum non est.

2) similitudo delevit Anton Miller figurae Mueller 'fort. si similitudo vel in figura' L. Spengel.

„ lib. V, § 13 quae (cognatio verbi) radices egerit extra fines suos; — „ lib. VII, § 28 quae (origo) usque radices in Oscam linguam egit¹).

liber, — etymologie:

de ling. Lat. lib. VII, § 51 libri augurum pro tempestate tempestu-
tum dicunt; — ibidem § 4 praesertim cum dicat etymologie.

forum, — vetustas:

de ling. Lat. lib. IX, § 17 quas novas verbi declinationes ratione
introducitas respicit forum; — „ lib. V, § 3 quod neque omnis
impositio verborum exstat, quod vetustas quasdam delevit; —
„ § 5 vetustas pauca non depravat, multa tollit.

coniunctio, — hortus, — nomen, — mel:

de ling. Lat. lib. XIV—XVI 32 quae (sc. coniunctio) non implet
sententiam, illa, quae sic implet sententiam, ut nondum faciat
quaestionem vel disputatorem requirat...; — de serm. Lat.
lib. III, 58 hortus quoque non desiderabat aspirationem²); —
de ling. Lat. lib. V, § 65 hoc idem magis ostendit antiquius
Iovis nomen; — „ lib. III, 2 mel, quam suaviter gustum res ipsa, tam
leniter nomine tangit auditum.

**ager, — ambagio, — centuria, — lepus, — nemus, — manus,
matellio:**

de ling. Lat. lib. V, § 37 fundus dictus (ager), aut quod fundit
quotquot annis multa; — „ lib. VII, § 31 dicta (ambagio) ab eo,
quod ambit orationem neque in aliqua una re consistit sola;
— „ lib. V, § 35 post duplicata (centuria) retinuit nomen; —
„ lib. IX, § 94 itaque discedunt (nemus, lepus) ac dicuntur
hi lepores, haec nemora; — „ lib. V, § 88 manipulus exercitus
minima manus, quae unum sequitur signum; — ibidem § 19 qui
(matellio) posteaquam longius a figura matulae discessit, et ab
aqua aqualis dictus.

**ocinum, — pagus Succusanus, — satie, — scansio, — terra, —
turris, — urna:**

rer. rust. lib. I, XXXI, 4 ocinum dictum, quod citat alvum bu-
bus; — de ling. Lat. lib. V, § 48 pagus Succusanus (dictus) quod

1) locutio apud agricolas exorta recepta est a viris doctis.

2) fortasse sententia Varroniana non expressa Varronianis verbis.

succurrit carinis; — rer. rust. lib. I, VI, 1 formae cum duo genera sint, una, quam natura dat, altera, quam sationes imponunt; — „ lib. V, § 168 duplicata scansio gradus dicitur, quod gerit in inferiora superiorem; — ibidem § 64 quae (terra mater), quod gerit fruges, Ceres (dicta); — ibid. § 142 turres a torvis (dictae), quod eae proiciunt¹⁾; — ibid. § 126 urnae dictae, quod urinant in aqua haurienda. sim.

balneum:

de ling. Lat. lib. IX, § 68 primum balneum, nomen graecum, ut introiit in urbem.

sensus, — auris:

de ling. Lat. lib. VI, § 80 nam cum sensus nullus, quod abest mille passus, sentire possit; — „ lib. XXV, I quicquid autem ex verbo non auris sed animus sentit.

eidola, atomus:

Lucil. sat. lib. XXVIII, v. 15 eidola atque atomus vincere Epicuri volam.

β) anima, corpus, initia:

Var. de ling. Lat. lib. V, § 60 . . . ut cum in unum ineunt (corpus et anima); — ibidem § 58 ut Samothracum initia docent.

aër, — turba (atomorum), motus, conversio, celeritas, — ordo, pulchritudo, — constantia:

Cic. N. D. II. 33. 83 ipsa aër nobiscum videt, nobiscum audit. — „ Tusc. I. 11. 22 nihil enim est apud istos, quod non atomorum turba conficit; — ibid. III. 11. 24 perturbatio sit animi motus vel rationis expers vel rationem aspernans; — ibid. I. 25. 63 ut dissimillimos motus una regeret conversio; — Lael. 3. 12 moriundi autem sensum celeritas abstulit; — Div. II. 72. 148 pulchritudo mundi ordoque rerum — cogunt; — N. D. II. 16. 43 ordo aut siderum et constantia neque naturam significat neque fortunam; — Fin. III, 22, 74 admirabilis compositio disciplinae incredibilisque rerum traxit ordo me.

1) prospiciunt M₁ Laetus. nostra lectio aliis fortasse non nititur exemplis, quod verbum alias transitive usurpatur; si vero nostras quaestiones de translationum usu institutas consideramus, ea lectio anteponenda esse videtur scripturae alteri „prospiciunt“, quamquam Varro non erat diligentissimus in eligendis translationibus.

vita, ars (vivendi):

Cic. Fin. II. 27. 87 nam cum semel suscepta est beata vita, permanet — neque exspectat ultimum tempus aetatis; — Tusc. V. 5. 13 nec eas beata vita a se desertas passura videatur; cf. Verr. I. 12. 33. — Div. II. 41. 86 hoc quidem genus divinationis vita iam communis explosit; — Tusc. V. 31. 87 sequetur igitur horum ratione vel ad supplicium beata vita virtutem; — ibid. V. 26. 75 beatam vitam in Phalaridis taurum descensuram esse; cf. ibid. V. 9. 24; — Fin. IV. 7. 17 iniurias fortunae facile veterum philosophorum praeceptis instituta vita superabat; — Divin. I. 39. 86 hac de re communis vita dubitavit; — Fin. IV. 7. 16 quod desit, acquirit (ars vivendi).

disciplina, — usus:

Cic. Off. I. 2. 6 si sibi consentaneae esse velint (sc. disciplinae); — ibid. I. 2. 5 hae igitur disciplinae — de officio nihil queant dicere; — Fin. V. 4. 11 cum autem tertia pars (disciplinae) bene vivendi praecepta quaereret; — N. D. II. 15. 41 hic noster ignis, quem usus vitae requirit.

sensus, sententia, dubitatio, ignorantia, notatio:

Cic. Fin. V. 12. 36 quominus suo sensus quisque munere fungatur; — Tusc. I. 45. 109 quamquam enim sensus abierit; — Lael. 16. 58 altera sententia est, quae definit amicitiam paribus officiis; — Off. I. 9. 30 dubitatio cogitationem significat iniuriae; — Tusc. I. 16. 36 cuius ignorantia finxit inferos; — Div. II. 20. 45 ceterarum rerum notatio docet, unde fulmen venerit.

appetitus, — effectio:

Cic. Off. I. 29. 102 relinquunt enim et abiciunt oboedientiam nec parent appetitus; — Acad. I. 2. 6 quam (materiam) fingit et format effectio.

magnitudo (animi), figura (hominis):

Cic. Off. I. 19. 65 vera autem et sapiens animi magnitudo — principem se esse mavult quam videri; — N. D. I. 18. 48 si omnium animantium formam vincit hominis figura.

res publica:

Cic. Rep. I. 33. 50 iis hominibus, quibus illae (res publicae) sese appellari velint.

γ) annales, historia, commentarium, liber, monumentum, memoria:
Sempronii Asellionis res gest. lib. I, Gell. V, 18, 7 annales libri tantum modo quod factum, quoque anno gestum sit, ea demonstrabant ita . . . ; — ibidem 2 nam neque alacriores, inquit, ad rem publicam defendendam neque segniore ad rem perperam faciendam annales libri commovere quicquam possunt; — Var. de ling. Lat. lib. V, § 74 ut annales dicunt; — Cic. Dom. 32. 86 ut annales populi Romani et monumenta vetustatis loquuntur; — „ Att. II. 5 quid vero historiae de nobis ad annos DC praedicarint; — „ Scaur. 19. 42 falacissimum esse genus Phoenicum, omnia monumenta vetustatis atque omnes historiae nobis prodiderunt; — Div. I. 53. 12 qualia permulta historia tradidit; — Var. de ling. Lat. lib. VI, § 90 commentarium indicat vetus; — „ lib. VII, § 18 antiquitatum libri referunt; — Cic. Phil. X. 3. 7 quae gratissima memoria — testata est; — „ Planc. 1 ei temporum memoriam suffragari videbam.

annus:

Cic. Brut. 92. 318 interim me quaestorem Siciiliensem excepit annus; — de or. III. 2. 7 qui autem annus ei primus — aditum omnium concessu ad summam auctoritatem dabat; cf. Sest. 69. 114.

Rhodus:

Lucil. sat. lib. XIV, 3 Carpathinum Rhodus in pelagus se inclinat apreica.

nomen, — locus, silva:

Var. rer. rust. lib. III, I, 6 nec minus oppidi quoque nomen Thebae indicat, antiquiorem esse agrum; — de ling. Lat. lib. V, § 198 eo facto locum coisse atque eius corpus divinitus humasse ac reliquisse genti suae monumentum; — ibidem § 152 quae abscisae (silvae) loco reliquerunt nomen.

cyathus, epichysis:

Var. de ling. Lat. lib. V, § 124 in huiusce locum in conviviis e Graecia successit epichysis et cyathus.

δ) oratio, verbum, vox:

Pacuv. ex incert. fab. v. 364 de istoc aperit ipsa oratio. — Cic. or. 48. 159 voluptati aurium morigerari debet oratio; — Timaeus 3 cum autem ingressa est imitata et efficta simulacra

bene agi putat, si similitudinem veri consequatur (sc. oratio); — Cluent. 1 quarum altera (pars orationis) mihi niti et magnopere confidere videbatur invidia; cf. ep. ad Brut. I. 16. 6; — Rab. 3. 9 quae (pars orationis) non oratoris ingenium, sed consulis auxilium implorat et flagitat; — Tim. 3 cum de re stabili et innumerabili disputat oratio; — Inv. I. 30. 49 imago est oratio demonstrans; — de or. II. 43. 184 mores oratoris effingat oratio; — Caec. 18. 52 verba servire hominum consiliis; — de or. III. 13. 49 verbis usitatis ac proprie demonstrantibus, ea quae significare solemus; — ibidem III. 43. 172 ne aspere concurrant verba; — part. or. 15. 54 quae (verba) ascendunt gradatim ab humilioribus ad superiora; — de or. I. 33. 151 omnes sententiae omniaque verba — sub acumen stili subeant et succedant; — Sest. 1. 2 eis potissimum haec vox serviat.

argumentatio, confirmatio, complexio, redintegratio, confectio:

Cic. or. 13. 46 argumentatio — prius sumit, quae vult; — Her. II. 24. 38 accurata confirmatio rationis totam vehementissime comprobatur argumentationem; — Inv. 34. 59 adiungit, quid ex his conficiatur (complexio); — Her. IV. 28. 38 redintegratio verbi — vulnus maius efficit in contrario causae; — part. or. 7. 26 sic confectio memoriae — in his (locis) imagines et litteras collocat.

cogitatio, commentatio, observatio, conclusio, inductio, constitutio, praeceptio, definitio:

Cic. de or. I. 33. 150 fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit; — Div. I. 56. 128 quae — observatio atque usus agnovit; — Acad. II. 32. 101 conclusio ipsa loquitur; — Top. 10. 42 haec ex pluribus perveniens, quo vult, appellatur inductio; — Inv. I. 11. 15 foris autem aliquid defensionis assumit se. constitutio; — Her. IV. 1 id enim quod admonuit et leviter fecerit praeceptio; — de or. III. 29. 113 definitio explicat, quid sit sapientia; — Inv. II. 24. 72 incurrit huc definitio; — ibidem I. 49. 91 mala definitio est, cum — falsum quiddam dicit.

nominatio, exornatio, angustia (orationis), — exercitatio, contentio, iteratio:

Cic. Her. IV. 31. 42 nominatio est prima, quae nos admonet;

— ibidem 35. 47 res dividit plures (sc. exornatio); — ibid. IV. 54. 67 sinit (exornatio) enim, quiddam — auditorem suspicari; — N. D. II. 7. 20 angustia autem conclusae orationis non facile se ipsa tutatur; — de or. II. 87. 358 quam facultatem exercitatio dabit; — Her. II. 4 cetera facile comparabit exercitatio; — part. or. 30. 104 contentio adducit in angustam disceptationem; — or. 25. 85 quae verborum iterationes contentionem aliquam et clamorem requirent.

actio, controversia, causa, argumentum, signum:

Cic. part. or. 6. 28 facit enim (actio) et dilucidam orationem et illustrem; — de or. I. 11. 47 verbi enim controversia iam diu torquet Graeculos; — ibidem III. 55. 211 nam et causae capitis alium quendam verborum sonum requirerent; — part. or. 20. 69 altera (causa) delectationem sectatur aurium; — Her. II. 7. 11 cum multa concurrunt argumenta et signa.

ratio, scientia, ars:

Cic. Tusc. V. 25. 72 vera et falsa diiudicat disserendi ratio et scientia; — or. 41. 141 quae quidem ipsa (sc. iuris scientia) auxilium ab eloquentia saepe peteret; — de or. II. 9. 36 nam si qua est ars alia, quae verborum aut faciendorum aut legendorum profiteatur; — ibidem 38 omnes artes aliae suum munus praestare possunt.

denominatio, — oratio:

Cic. Her. IV. 32. 43 denominatio est, quae ab rebus propinquis et finitimis trahit orationem; — ibid. III. 13. 24 conquestio est oratio, quae — animum auditoris ad misericordiam perducit; — Inv. I. 55. 106 conquestio est oratio auditorum misericordiam captans, vid. ibidem. 31, 51; Inv. II. 52. 157.

subsellia, — fistula, — auris:

Cic. Brut. 84. 289 subsellia grandiozem et pleniorem vocem desiderant; — quo te fistula progredi non sinet; — Brut. 8. 34 aures ipsae quid plenum, quid inane sit, iudicant.

2) virorum iuris consultorum,
subiecta rei inveniuntur:

lex, tabella, tabula:

Plaut. Aulul. v. 793. . . . ut leges iubent; vid. Terent. Phorm. I, 2, 76; ibidem II, 1, 66; al.; — corp. inscript. Lat. tom. I. pg. 82.

nr. XLVII¹⁾; — corp. inscript. Lat. tom. I. nr. XL et XLII lex vetat²⁾; — Terent. Phorm. II, 1, 62 leges non sinunt; — corp. inscript. L. t. I nr. XLII quae (lex) si . . . habere possidere frui licet permittat³⁾; — L. Cornel. Sisennae frgm. ex lib. IV, 120 Non. s. v. ergo pg. 107 ut lex Calpurnia concesserat⁴⁾. — Terenti Adolph. v. 652 huic leges cogunt nubere hanc; „ Phorm. v. 236; ibidem v. 238; — in incert. incert. trgd. v. 117 si neque leges [te] neque mores cogunt; — Bruns, font. iur. Rom. antiquissimi 2.) multae alienationum prohibitarum 16 „ huic munimento intercedat lex, ne donatio fiat⁵⁾; — Cat. orig. lib. V (orat. pro Rhodiensibus) 5 quid nunc? ecqua tandem lex est tam acerba, quae dicat; — Plaut. Pseudol. v. 303 perii, annorum lex me perdit quinavicenaria; — „ Mercat. v. 1024 . . . ut lex teneat senes; cf. Terent. Adolph. v. 85, 6; — Var. rer. rust. lib. II, II, 5 in emptionibus iure utimur eo, quo lex praescripsit; — ibidem lib. I, II, 9 nam Strabonis illa lex, quae vetat plus D iugera habere civem Romanum; — Civ. Inv. II, 47, 138 nullam esse legem, quae aliquam rem inutilem aut iniquam fieri velit; cf. Flacc. 9. 21; Rab. 5, 15; Caecil. 6. 21; Cluent. 54, 158 al.; — Her. I. 11. 20 lex permittit (saepius); — ibid. II. 10. 15 altera (lex) cogat, altera permittat; — Rep. IV frgm. iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare; — Agr. III. 2. 8 Corneliae leges non sanciant; saepius; — Cluent. 54. 148 ubi enim mortales allegat, ita loquitur lex; — ibid. 54. 148 deinceps omnes magistratus nominavit (lex); — Inv. II. 47. 140 atqui lex nusquam exceptit; — Verr. 9. 25 quod mihi lex mea causa dedit; (saepius); — Agr. II. 26. 68 haec lex eos homines fortunis locupletat; — Mur. 23. 46 tota illa lex accusationem tuam — fortasse armasset; — Balb. 14. 32 ipsae (leges) enim

1) recte expletum est id fragmentum.

2) quae formula optime coniectura restituta est, etsi alias non invenitur. namque fieri non potest, ut in verbis vetare et iubere usurpandis tanta fuerit discrepantia, quorum verborum alterum continet alterius negationem.

3) totus ille locus a viris doctis est expletus.

4) non est omittendum, eum scriptorem quamquam in dicendi genere priscae Latinitatis scriptores imitatus esse traditur, iam exeunte priscae Latinitatis aetate floruisse, nisi eum iam Ciceronianae Latinitatis scriptoribus adnumerare malimus.

5) quarum legum de aetate nihil conicere possumus; Bruns ipse in libro suo eam quaestionem ne praestriinxit quidem.

te a cognitione sua iudicio publico repulerunt; — Bab. 4. 12 Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit; — Leg. III. 17. 38 pontes enim lex Maria fecit angustos. — Plaut. Bacchid. v. 809 hae (sc. tabellae) te vinciri iubent; — Cic. leg. III. 17. 39 ut minus multos tabella condemnet; — Var. de ling. Lat. lib. VI, § 5 . . . hoc tempus XII tabulae dicunt, occasum esse solis.

fas, ius:

Var. de ling. Lat. lib. VI, § 31 quod fas tum intercedit; — Cic. Verr. IV, 45, 101 a quibus etiam oculos cohibere te religionum iura cogebant.

**hereditas, res, bona, regnum, — possessio, dos, vectigal, alienum
aes, — monumentum:**

Terenti Hecyr. v. 172 . . . ea ad nos redibat lege hereditas; — Cic. Verr. I. 45. 115 hereditas ad gentem Minuciam veniebat; saep.; — „ Quinct. 12. 41 res ad heredem venit. — Terent. Andr. v. 799 eius morte ea ad me lege redierunt bona; — Enn. „Euhemerus“ III, 12 uti ad gnatos regnum rediret; — Bruns, fontes iur. Rom. antiq. 1.) prohibitiones alienandi 5 . . . ne . . . sed per genus ipsorum possessio decurreret; — ibidem 2 ne de nomine exeat familiae suae (h. monumentum), sim. 4 et 7 et sub multis alienationum prohibitarum nr. 11; — Plaut. Trinum. v. 742, 3 . . . neque ita, ut sit data, incolumem (dotem) sistere ei; — corp. inscript. Latin. tom. I. leg. agrar. nr. LXX quae (sc. vectigalia) post h(ance) l(egem) r(ogatam) primum consistunt; — Plaut. Stich. v. 203 alienum aes cogat an pararit praedium¹⁾.

ager, — fulmen, — taberna, — telum:

Cat. lib. de agricult. I, 4 siet in eis agris, qui non saepe dominos mutant; — font. iur. Rom. antiq. II. Numa Pompilius a.) ius sacrum 3.) si hominem fulmen Iovis occidit, ne supra genua tollitor; — ibidem 4 de aditu sepulcrorum 34 taberna cum aedificio et cisterna monumento custodia cedit; — reliq. leg. XII tab. ed. Schoell tab. VIII, 24 si telum manu fugit magis quam iecit.

accusatio, iudicium, quaestio, restipulatio, sponsio:

Cic. Cael. 3. 6 accusatio crimen desiderat, rem ut definiat; —

1) COGATA (cogant?) A.

„ Brut. I. 27. 106 iudicia populi iam magis patronum desiderabant; — Mil. 22. 59 quaestiones urgent Milonem; — Var. rer. rust. lib. II, X, 5 in horum emptione solet accedere peculium aut excipi et stipulatio intercedere; — Cic. Q. Rosc. 13. 37 quid enim restipulatio clamat; — Plaut. Menaech. v. 592, 3 haut plus, haut minus quam opus fuerat dixi, eam controversiam ut | sponsio finiret¹⁾.

ratio, compositio, interpretatio (iuris), vis (interdicti):

Cic. Caec. 19. 56 ratio iuris interdictive vis . . . hanc defensionem pro nihilo putat; — „ Leg. II. 22. 55 tota huius iuris compositio — caerimoniam declarat; — ibid. I. 4. 12 dicendi cogitationem auferat sc. iuris interpretatio.

depravatio:

Cic. Leg. I. 10. 29 quod si depravatio consuetudinem torqueret et flecteret.

poena (legis):

Lucil. sat. lib. XV, v. 28, 9 quae gallam bibere ac rugas conducere | farre aceroso, oleo decumano poena cogit²⁾; — Cic. Mur. 41. 89 quem nova poena legis — conspectu privat.

3) sacerdotum, augurum:

huc pertinent subiecta rei

strena, scaeva, prodigium, dictio, — tabella, — urna, — columna:

Plaut. Stich. v. 460 quom strenna obscaevavit; — ibidem v. 673 bona scaeva strenaque occessit mihi; — Var. de gent. pop. Rom. frgm. 11 regem prodigia ista moverunt; — ex iucert. incert. trgd. v. 49 sq. aperte fatur dictio, si intelligas: | tali dari arma, qualis qui gessit, fuit, | iubet potiri si studeamus Pergamam; — Pacuv. Periboeae v. 308 flexa non falsa autumare dictio Delfis solet; — Plaut. Bacchid. v. 985 sed metuo, ne idem content (tabellae), quod priores; — Rud. v. 478 (urna) eapse

1) quam opus fuerat dixi, eam controversiam ut | sponsio finiret Brixius. fuer. dis. odixeramcontroversiamut || sponsio fieret A erat multo dixeram controversiam Ut sponsio fieret CDFZ.

2) poena M pane Cumano libri Nonii.

cantat, quonia est¹⁾); — Var. sat. Menip. „Modius“ 320 Delphice cantat columna litteris suis ἄγαν μηθέν?

fremitus, mugitus, motus:

Cic. Div. I. 18. 35 cum terrae saepe fremitus, saepe mugitus, saepe motus multa — nostrae rei publicae praedixerint.

4) actorum eorumque omnium hominum, quibus doctis cognomen indere possimus, qui non comprehenduntur commemoratis generibus virorum doctorum.

exempla sunt non perpauca numero, in quibus reperiuntur subiecta:

comoedia, fabula, scena:

vid. Plaut. Poenul. v. 1371 . . . plausum postulat comoedia; — „Trinum. v. 706 . . . vicit tua comoedia; — „Casin. prolog. v. 9 nunc novae quae prodeunt comoediae²⁾); — „Pseudol. prolog. v. 2 Plautina longa fabula in scenam venit; — Var. sat. Menip. „Bimarcus“ 51 scena quem senem Latina vidit derisissimum.

foramen, — pictus aër, — toga:

Var. de serm. Lat. III, 60 et his (tibiis) foramina quam sint ori proxima et brevioris aeris motum persentiscunt, tam vocem reddunt acutam; — „sat. Menip. „Marcipor“ 269 cum pictus aër fervidis late ignibus | caeli chorean astricen ostenderet; — „ „ „Modius“ 313 quam istorum, quorum vitreae togae ostentant tunicae clavos.

scientia, scriptum, litterae, versus, liber:

Var. sat. Menip. „ovos λυρας“ 366 scientia doceat, quem ad modum in psalteria extendamus nervias; — „de ling. Lat. lib. IX, § 1 ut scripta indicant eius; — Cic. Att. I. 19. 11 qualem esse cum tuae litterae mihi nuntiarunt; — „or. 43. 147 pervagatissimus ille versus, qui vetat; — Var. rer. rust. lib. I, XVI, 5 itaque ideo Sasernae liber praecipit; — „de ling. Lat. lib. IX, § 115 quare cum hic liber id quod pollicitus est, demonstra-

1) nimirum canere et cantare vatium est; hic igitur vatium locutiones Plautus imitatus est.

2) prologus non est Plautinus sed postea est conscriptus fabulaeque praefixus.

turum absolverit; — Cic. Caecil. 16. 52 qui (liber) si te recte monere volet, suadebit; — ibidem: „sed hunc librum esse responsurum“.

causa, — quaestio, — sententia, coniectura:

Cic. Acad. II. 15. 46 cum duae causae perspicuis et evidentibus rebus adversentur; cf. Sul. 6. 20; — Fin. V. 8. 23 cum omnis haec quaestio — ab eo proficiscatur, quod . . .; — Mur. 31. 65 nisi sententiam sententia alia vicerit; — Post. 6. 13 acerbae sententiae, quae censerent; . . .; — Div. II. 70. 144 interpretum coniecturae nonne magis ingenia declarant eorum quam vim.

numerus — nuptiae — ortus:

Var. de ling. Lat. lib. IX, § 82 . . . numeri, qui aes non significant; — huius ortus significat circiter esse extremam noctem; — „sat. Menip. „Sexagessis“ 501 tunc nuptiae videbant ostream Lucrinam¹⁾.

Classis V.

Ad ea, quae de quintae classis exemplorum genere dixi, nonnulla adnotanda sunt. magna enim saepius existit diiudicandi difficultas, utrum quartae classi adscribere malimus exemplum an quintae. qua in quaestione retinendum est, ne plura exempla quintae classi subiungantur, sed ea tantum, quae persaepe repetita sunt, ita ut in eorum innumerabili numero optimo iure niti possit opinio, qua sumimus, iam cessisse in consuetudinem eius modi formulas, neque quemquam sentire actionis verbi primariam vim atque potestatem, sed semper modificatam notionem ante omnium versari oculos.

quam classem non esse gravissimam in re nostra, omnes concedent. itaque e multis huius classis exemplis ea potissimum eligam, quae nostram movent admirationem cum propter insolitam verbi vim variatam tum propter signa quaedam propria, quae nobis quasi notionis modificatae historiam ostendunt. earundem quaestio-

1) fortasse coqui vel gulonis est ea locutio.

num quae fuerit apud Ciceronem condicio, equidem eruere non potui, quod Ahlénus eas in dissertatione omnino non tetigit.

in enumerandis ipsis denique exemplis fieri non potest, quin a ratione usque adhuc adhibita discedamus; quod quidem in genere exemplorum positum est. ad verba enim, non ad subiecta nobis maxime respiciendum est. itaque intra quintam classem exempla non ita segreganda sunt, ut subiecta, quae propter notionem sunt similia, componantur, quod iisdem verbis huc vel illuc relatis omnia nimis miscerentur atque turbarentur, neque quisquam se ex turbis expediret. singula igitur verba tractabo, quae primaria actionis vi extincta quibuscumque subiectis attribuantur. ne vero legentes inusitata illa ratione nimis offendantur, subiecta praescribam.

memorabilium exemplorum subiecta sunt:

sermo, — **Eunuchus**:

cf. Titinii „Quintus“ f. v. 102 quid istuc est? aut quid istic sibi vult sermo? — Terent. Eunuch. v. 45 ut pernoscatis, quid sibi Eunuchus velit¹⁾.

purgatio:

Terent. Heaut. Tim. IV, 1, 12 nescio, quid peccati portat haec purgatio²⁾.

Africa:

Enn. sat. reliq. 23 lati campi, quos gerit Africa terra politos³⁾.

quod, quicquid:

Plaut. Mostel. v. 72, 3 . . . sed unum hoc scito, nimio celerius | venire, quod molestumst; — „Truculent. v. 351 fores absorbent, quicquid venit intra pessulos; — Afranii „Crimen“ f. v. 41 metui, quod in solum (= insolitum) venit; cf. Virginis v. 342⁴⁾.

1) non verisimile est, eiusmodi locutiones omnino iam in p. L. inveterasse, ut haec sola modificata vis atque potestas formulae existeret, quod legimus apud Turpilius (Rib. com.) v. 16 ineptus quid mihi vellem ex insolentia | nescibam; — quae locutio ad illam formulam „quid aliquid sibi vult“ deducere videtur.

2) portare = habere, inesse.

3) gerit = habet.

4) venire = cadere vel potius accidere. — adnotandum est, verbum compositum „evenire“ fere semper poni pro verbo simplici nostris quattuor locis exceptis, si primaria verbi notio iu illam transit variatam. itaque non peccamus, si eis locis, ubi varia traditur lectio, evenire compositum semper anteferendum esse verbo simplici ceusemus.

exagoga, — sors:

Plaut. Rud. v. 631 eam eventuram exagogam Capuam salvam et sospitem . . . ; — „Casin. II, 5, 37 quid si sors aliter, quam voles, evenerit [sc. ex urna] ¹⁾.

dictum, — id, — proellum, — habitatio, — iter:

Plaut. Amph. 632 . . . infecta dicta re eveniant tua ²⁾; — „Poenul. v. 1169, 70 opino hercle quod ego dixi per iocum, id eventurum esse et severum et serium; — frgm. 50 fab. Corniculæ „pulchrum et luculentum hoc nobis hodie evenit proelium; — „Trinum. v. 40, 1 uxor, venerare, ut vobis haec habitatio | bona, fausta, felix fortunataque evenat; — Terent. Hecyr. v. 415 ain tu tibi hoc incommodum evenisse iter? ³⁾

quae, id, sim.; sors, fortuna, res:

Plaut. Mercat. v. 32 quae nihil attingunt (= pertinent) ad rem nec sunt usui; — id mihi contingit, obtingit sim.; — saepissime „sors“ subiectum est, vid. Casin. II, 3, 90; al.; fortuna in Poenul. v. 1328, res in Rud. v. 1211, sim. ⁴⁾.

Classis VI.

Ad sextam, quae sequitur, classem maxime nostrum intendamus animum, cum prae ceteris insignis sit.

1) notioni illi *variatae*, de qua modo disserui, fere semper ne motus quidem subicitur sensus; in duobus vero Plautinis exemplis motus significationis [evenire = perferri] vestigia cernimus et accusativo loci et localibus conjunctionibus additis.

2) quem versum e corruptis atque depravatis codicum lectionibus ret e veniant B rete veniant DE recte veniant FZ restituit Camerarius.

3) in his quinque exemplis verbum „evenire“ construitur cum nominativo, ut verba fieri, evadere, existere etc., quorum etiam notionis particeps est. optimo enim iure pro „evenire“ supponere possumus „fieri“.

4) hae locutiones laudantur propter constructionem verborum. natura enim verbi simplicis mutata e verbis transitivis facta sunt intransitiva verba. nam dependet de verbis contingere et obtingere non accusativus obiecti, qui consentaneus est genuinae verbi notioni, sed dativus. cuius rei causa mea sententia sola quaerenda est in notione illa novata, de qua cogitabat scribens.

cuius de origine haec fere monenda sunt: exorta esse videntur exempla in poetico sermone, quod in eis cognoscimus personalis subiecti circumscriptionem, qua consequi vult poeta, ut actio quaedam vel condicio prae persona agente conspicua sit. quae circumscriptiones maxime propriae esse videntur tragicorum poetarum, quia optime ad sermonis sublimitatem atque gravitatem quadrant. cf. Pacuv. *Hermionae* v. 161, 2, 3 . . . quo tandem ipsa orbitas | grandaevitasque Pelei penuriam | stirpis subauxit; — ex *incert. incert. trgd.* v. 58, 9 quod ni Palamedi perspicax prudentia | istius perspexet . . . audaciam.

neque mirum est, easdem locutiones praesto esse apud poetas comicos, qui tragicos poetas saepius imitando ad ridiculum perducerent: cf. *Plaut. Mil. glor.* v. 1238 metuo, ne praedicatio tua nunc meam formam exsuperet; — quamquam eidem et saepius aliis de causis tragicorum morem in suum convertebant usum. attamen non maior est numerus exemplorum, ne hac dicendi consuetudine saepius adhibita totam vim atque potestatem deperderent.

quae vero exempla non semper spectant ad sublime dicendi genus. neque in innumerabilibus fere, quae leguntur, eiusmodi exemplis apud Terentium, propter permagnum eorum numerum poeta ubique cogitare potuit, se velle efficere, ut actio vel conditio personae emereret prae persona agente.

earum igitur locutionum alia est causa quaerenda, quam reperisse videor. namque apud Graecos mea opinione primordia eius usus investiganda sunt, praesertim cum compertum habeamus, ante omnes Terentium Graecorum poetarum limatiorem elegantiorumque sermonem imitatum esse.

hae vero locutiones, quae ad poetas solos pertinent, postea in prosam orationem translatae sunt. quo tempore id factum sit, propter paucas et exiguas reliquias, quae e prisca Latinitate ad nostram pervenerunt memoriam, suspicari non possumus. attamen Ciceronis aetate certum est, eum dicendi usum maxime inveterasse, ita ut Cicero nusquam sensisse videatur, quantam libertatem sibi assumpserit.

qua de classe consilio fusius disserui, atque Ciceroniana exempla, quae huc pertinent, de industria accuratissime perscrutatus sum et multa eorum contuli, etsi propter dissertationis angustias ne fieri quidem potuit, quin tertiam fere exemplorum partem

ex Ahlóni opere excerpere. nam ex eis maxime conicere possumus, quantopere differant in subiectis rei cum actionis verbis coniungendis Cicero atque scriptores priscae Latinitatis.

A) subiecta sunt notiones, quae statum vel conditionem atque affectum significant, quae pertinent

1) ad hominis personam:

a) **aetas, senectus, grandaevitas, antiquitas, vetustas:**

Cic. Verr. V. 49. 129 quorum utrumque aetas laborem et industriam meam, fidem et misericordiam . . . requirebat; cf. Cat. M. 20. 76; — Sest. 55. 119 scio, quid gravitas vestra, quid haec advocatio, quid ille conventus, quid dignitas P. Sestii, quid periculi magnitudo, quid aetas, quid honos meus postulet; — fam. X. 4. 2 quod mea tuaque patitur aetas; — Cael. 4. 9 aetas M. Caelii dare potuit isti suspitioni locum; — Brut. 6. 22 cum tibi aetas nostra iam cederet fascesque summitteret; — Flacc. 40. 100 criminationem omnis aetas L. Flacci et perpetua vita defendet; — Plaut. Trinum. v. 381 historiam veterem atque antiquam haec mea senectus sustinet; — Pacuv. Hermionae v. 161, 2, 3 . . . quo tandem ipsa orbitas | grandaevitasque Pelei penuriam | tirpis subauxit. — Cic. Font. 18. 42 cum tot res sint, quae vestris^s animis pro huius innocentis salute supplicent; primum generis antiquitas, tum autem continuae praeturae; — Rab. I. 2 me cum amicitiae vetustas, cum dignitas . . . ad C. Rabirium defendendum est adhortata.

mors, interitus, nex, vita:

Var. rer. rust. lib. I, XVI, 4 quorum nonnunquam unius artificis mors tollit fundi fructum¹⁾. — Cic. Phil. IX. 6. 14 nam si mors legati sine caede atque ferro nullum honorem desiderat; — Brut. 11. 43 illa mors vulgaris nullam praebebat materiam ad ornandum; — Phil. II. 11. 27 Cn. Domitium non patris interitus, non avunculi mors, non spoliatio dignitatis ad recuperandam libertatem sed mea auctoritas excitavit; — Sest. 22. 49 si causam publicam mea mors peremisset; — L. Cornel. Sisen. hist. lib. IV, 114 quoniam neque mea nex neque intercessio posse videtur dementem reprimere audaciam. — Cic. Sulla 25. 71 ipsum illum

1) mors v mos P A B.

Antonium — non sua vita ac natura concevit; — Flacc. 40. 100 cf. sub not. aetas; — Verr. V. 52. 137 aetati maxime lubricae atque incertae exempla nequitiae parentis vita praebere; — Leg. III. 1 cuius et vita et oratio consecuta mihi videtur difficillimam illam societatem gravitatis cum humanitate.

exemplum:

Terent. Andr. IV, 5, 17 aliorum exempla commentⁿ 1).

elegantia:

Plaut. Mil. glor. v. 1225 atque eius elegantia meam extemplo speciem spernat.

auctoritas, dignitas, maiestas, gravitas:

Cic. post red. II. 3. 7 at me nudum a propinquis — C. Pisonis, generi mei, divina quaedam et inaudita auctoritas atque virtus — deprecatae sunt; Phil.: quem neque auctoritas huius ordinis neque existimatio populi Romani neque leges ullae possunt coercere; — Caecil. 19. 56 . . . et patronum voluntas — consilium et auctoritas hanc defensionem pro nihili putat; — Phil. II. 11. 27 sub not. mors; — Brut. 2. 7 cum extorquere arma posset e manibus iratorum boni civis auctoritas et oratio; — Verr. V. 69. 178 cui legi vestra dignitas vehementer adversetur; — post red. I. 3. 5 cum optimi viri summa dignitas, cum praetorum — virtus et fides rei publicae subvenisset; — Sest. 55. 119 sub not. aetas; — fam. III. 9. 2 tua tamen dignitas suum locum obtinebit; — Liv. Andronic. Aegisth. v. 13, 4 quin quod parere [mihi] vos maiestas | mea procat²); — Cic. fam. IX. 12. 2 tua moderatio et gravitas aliorum infamet iniuriam; — cf. Sest. 55. 119 sub not. aetas.

gloria, honos, gratia, laus:

Cic. Rep. VI. 20. 22 cernis profecto, quantis in angustiis vestra se gloria dilatari velit; — Verr. V. 37. 97 quo neque Carthaginiensium classes neque populi Romani — gloria illa navalis penetrare potuit; — Sest. 55. 119 sub not. aetas; — fam. XV. 14. 3 te de provincia summa laus et summa gratia provinciae prosecuta est.

1) commentⁿ D corr. D².

2) de forma activa procat cf. sub cl. I. A2 not. animus.

fama, infamia, macula :

Cic. Phil. V. 12. 32 opinio et fama nostrae severitatis obruet scelerati gladiatoris amentiam; — Cluent. 5. 12 sic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor, non macula familiae, non hominum fama, non filii dolor, non familiae maeror a cupiditate revocaret; — Cael. 13. 42 quantam auditorum multitudinem infamia C. Verris concitatura.

salus, praesidium, opes, orbitas, — libertas :

Mil. 14. 38 quem (concursum) mea salus concitavit; — Lael. 15. 54 sic multorum opes praepotentum excludunt amicitias fideles; — Phil. VII. 6. 18 praesertim cum bonorum praesidia discesserint; — Agr. II. 28. 75 maiores opes: quam libertas vestra pati potest. — Pacuv. Hermionae v. 161, 2, 3 sub not. grandaevitas.

dividia, discordia, dissensio, consensus, similitas, amicitia, inimicitia :

Acci „Phoenissae“ v. 587, 8 . . . ne horum dividae, discordiae | pissipient, disturbent tantas et tam opimas civium | divitias; — „armorum iudicium“ v. 152 huius me dividia cogit plus quam est par loqui; — Cic. Leg. I. 17. 47 sensus nostros non parens — non multitudinis consensus abducit a vero; — N. D. I. 6. 14 addubitare coget doctissimorum hominum de maxima re dissensio; — Caecil. Stat. „Syracusii“ f. v. 216 vide, Demea, hominis quid fert morum similitas; — Cic. de or. III. 5. 19 cum auctoritas atque amicitia vestra, tum Antonii facilitas eripuit mihi in optima mea causa libertatem recusandi; — fam. VIII. 17 cuius amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit; — Sulla 32. 90 honoris enim contentio vos ad causam, non inimicitiae deduxerunt; — Rab. 1. 2 non enim C. Rabirium culpa delicti, non invidia vitae, non denique istae gravesque inimicitiae civium in discrimen capitis vocaverunt.

adfinitas, adgnatio, vicinitas :

Acci „Phinidae“ f. v. 579, 80 . . . quaeve adgnatio | tibi congenerat gentum aut generum adfinitas; — Terent. Heaut. Tim. I, 1, 4, 6 tamen vel virtus tua me vel vicinitas | . . . | facit, ut . . .

ars, — celeritas, — commoditas, — consuetudo :

Terent. Andr. I, 1, 4 quod tibi mea ars efficere hoc possit am-

plius; — Cic. Fin. III. 1. 4 ipsae rhetorum artes verbis tamen i docendo quasi privatis utuntur ac suis; — ibidem V. 14. 39 ars agricolarum, quae circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculet; — Pomp. 14. 40 non enim illum eximia vis remigum aut ars inaudita quaedam gubernandi — in ultimas terras pertulerunt; — Caecil. Stat. „Synephebi“ v. 208, 9 ita omnis meos dolos, fallacias, | praestigias praestrinxit commoditas patris. — Cic. Sext. Rosc. 34. 97 quid haec tanta celeritas festinatioque significat; — Rab. I. 2 cum meae vitae perpetua consuetudo ad C. Rabirium defendendum est adhortata; — Lael. 12. 40 deflexit iam aliquantulum de spatio curriculoque consuetudo maiorum.

praesentia, — silentium, vis:

Terent. Heaut. Tim. v. 573 ea facere, prohibet mea praesentia. — Cic. fam. X. 18. 3 si posset mea praesentia et Lepidum et exercitum facere meliorem; — Var. rer. rust. lib. II, IX, 16 hoc silentium, inquam, vocat alium ad partes¹⁾; — Plaut. Captiv. v. 301 vis hostilis cum istoc fecit meas opes aequabiles; — „ Epidic. v. 249 quasi hominum retruderet me vis invitum; — Cic. Leg. III. 11. 28 si tribunicia vis in me populum — incitasset; — Cat. IV. 11. 23 quodsi spem meam vis improborum — superaverit; — Marc. 6. 17 eos Martis vis perculit, non ira victoriae; — de or. 1. 6. 21 quamquam vis oratoris professioque ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videatur; — Calp. 10. 23 quod vis hominis ipsa praescribit.

legatio, tribunatus, praetura, consulatus:

Cic. Phil. IX. 3. 5 quis dubitat, quin ei vitam abstulerit ipsa legatio; — Leg. III. 9. 20 quid iuris bonis viris Tiberi Gracchi tribunatus reliquit. — Sest. 6. 14 quoniam tribunatus totus P. Sestii nihil aliud nisi meum nomen causamque sustinuit; — de or. II. 40. 167 cuius tribunatus voluntati paruit civitatis; — Verr. II. 60; — Font. 18. 41 sub not. antiquitas; — Cat. II. 5. 11 quos si meus consulatus sustulerit; — Planc. 41. 98 ignes pestiferos meus ille consulatus e manibus extorserat; — Brut. 94. 23 consulatus meus — nos rerum mearum gestarum laude

1) inquam vocat alium Iucundus in quã vocabulum v in qua vocabulum A B.

coniunxerat; — fam. XV. 10. 1 ut omnium vestrum studio tuus consulatus satisfacere posset; — Cat. II. 5. 11 quos si meus consulatus — sanare non potest.

b) virtus, bonitas, integritas, humanitas, aequitas, aequanimitas, — sedulitas :

Terent. Phorm. prolog. v. 33, 4 quem actoris virtus nobis restituit locum | bonitasque vestra; — „ Heaut. Tim. I, 1, 4, 6 cf. sub a not. vicinitas; — „ Adolph. II, 3, 4 . . . id virtus quin superet tua. — Cic. Calp. 12. 27 cum experrecta tandem virtus clarissimi viri — suum pristinum morem requisivit; — Sext. Rosc. 44. 127 nam Sullam et oratio mea ab initio et ipsius eximia virtus omni tempore purgavit; — Pomp. 12. 33 unius hominis virtus — lucem afferre rei publicae potuit; — Balb. 7. 18 sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas ex infimo gradu — rei familiaris copias consecuta est; — Verr. III. 4. 7 ad tuam ipsius amicitiam — faciliorem aditum istius habet nequitia et audacia quam cuiusquam nostrum virtus et integritas; — ibid. I. 1. 3 certat mea diligentia cum illorum omnium cupiditate, vestra integritas cum illius pecunia, testium constantia cum illius patronorum minis atque potentia; — cf. Balb. 7. 18 sub not. virtus; — fam. III. 2. 2 si tua humanitas longiorem orationem expectaret; — Terent. Adolph. prolog. v. 24, 5 . . . facite aequanimitas | . . . poetae ad scribendum augeat industriam; — „ Phorm. prolog. v. 33, 4 quem actoris virtus nobis restituit locum | bonitasque vestra . . . atque aequanimitas; — Cic. Planc. 17. 43 cuius quidem aequitas et ea voluntas erga Cn. Plancii salutem — facile declarat, non fugiendos iudices. — Var. de ling. Lat. lib. V. § 5 . . . illa fugitiva secuta sedulitas Muti et Bruti retrahere nequit.

immodestia, facilitas, protervitas, improbitas, libido, luxuria, nequitia :

Plaut. Amph. v. 163 eri haec immodestia me cogit; — Terent. Heaut. Tim. IV, 1, 35 male docet te mea facilitas multa; — „ Hecyr. v. 248 sed non adeo, ut facilitas mea corrumpat illorum animos; — „ Heaut. Tim. IV, 6, 10 quam paene tua me perdidit protervitas; — Cic. Rab. 8. 22 cum improbitas et furor L. Saturni in Capitolium accesserit; — Calp. 16. 37 habebas

exercitum tantum, quantum tua libido conscripserat; — Var. rer. rust. lib. III, III, 6 superiores (gradus), quos frugalitas antiqua, inferiores, quos luxuria posterior adiecit; — Cic. Cael. 16. 38 Baias iure suo libidines omnium commearent; — Verr. III. 4. 7 cf. sub not. virtus.

2) a) ad animum hominis:

metus, sollicitudo, luctus, maeror:

Afranii Repudiati v. 291, 2 [nisi] impediret ingeni imbecillitas | metusque me¹⁾; — Cic. Inv. II. 53. 160 postea res et ab natura profectas et ab consuetudine probatas legum metus et religio sanx̄it; — Sulla 9. 26 si ille labor meus pristinus, si sollicitudo, si officia, si opera, si vigiliae deserviunt amicis; — Plaut. Amph. v. 88 staturae gracilitudo prope modum et luctus facit; — Cic. Cluent. 5. 12 cf. sub not. fama.

crudelitas, immanitas, misericordia, benignitas:

Cic. Div. I. 23. 46 quod matris somnium immanis filii crudelitas comprobavit; — Sest. 27. 58 quod (scelus) in me illorum immanitas edidit; — Quint. fr. I. 4. 2 si te satis innocentia tua et misericordia hominum vindicat — a molestia; — Dom. 12. 32 vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam.

ira, furor, rabies:

Pacuv. Periboeae v. 306 neque tuum te ingenium moderat, neque fratrum ira exilium levat; — Cic. Rab. 8. 22 cf. sub not. improbitas; — Mil. 2. 3 quos P. Clodii furor rapinis pavit; — Marc. 6. 17 cf. sub not. vis; — Cat. I. 1 quamdiu etiam furor iste tuus non eludet; — Terent. Eunuch. II, 3, 10 praet huius rabies quae dabit.

amor, cupiditas:

Plaut. Mercat. v. 657 adeo tum illius te cupiditas atque amor missum facit; — Var. de ling. Lat. lib. VIII, § 20 . . . cum enim amor assuetudinis potius in pannis possessorem retinet, quam ad nova vestimenta traducit.

1) quem locum depravatum Ribbeckius recte restituisse videtur. — perdit ingens inbecillitas tuā equo cod.

superbia, stultitia:

Terent. Heaut. Tim. V, 1, 5 exsuperat eius stultitia haec omnia; — Enn. annal. lib. VIII, v. 279 iis pernas succidit iniqua superbia Poeni.

aerumna, culpa:

Acci Eurysacis v. 352 ut etiam aerumna haec mihi luctum addit luctibus; — Cic. ep. ad Brut. I. 16. 3 cuius culpa — Antonio post interitum illius persuasit, ut

fides, caritas, pietas, pudor, religio:

Terent. Adolph. v. 621 sat adhuc tua nos frustratast fides; — Cic. ep. ad Brut. I. 12. 2 caritas liberorum amiciores parentes rei publicae redderet; — „ post red. I. 3. 5 cf. sub 1 a not. dignitas; — Cic. Sul. 29. 82 quorum tacita gravitas et fides — neque cuiusquam ornamenta orationis desiderat; — Plaut. Mil. glor. 1314 Pl. scio. Ph. enim pietas sic hortat¹⁾; — Enn. Telamonis v. 282 dein senis me facere pietas, civium porcet pudor; — Terent. Andr. v. 730 nova nunc religio in te istaec incessit; — Cic. Inv. II. 53. 160 cf. sub A 2 not. metus.

impudentia, temeritas:

Cic. Verr. V. 69. 178 cui legi istius spes falsa et insignis impudentia suffragatur; — Rep. I. 34. 52 difficultas ineundi rem a rege ad plures error et temeritas populorum a multitudine ad paucos transtulit; — Afranii Epistul. v. 113 ita intricavit huius hanc rem temeritas; — Cic. Inv. I. 3. 5 rem honestissimam — violabat stultorum et improborum temeritas.

expectatio, spes:

Cic. Cluent. 69. 195 eos huius expectatio iudicii dies noctesque sollicitat; — ibidem 23. 63 tamen vocat me alio iamdudum tacita vestra expectatio; — ibidem: tacita vestra expectatio, quae mihi obloqui videtur; — Verr. V. 69. 178 cf. sub not. impudentia.

b) ad mentem hominis;

astutia, facultas, intelligentia, prudentia:

Valer. Antiat. hist. lib. II cf. Arnobium V, 1 (talīs in per-scripta est fabula) in qua legimus quoniam me tamen

1) omni pietas sit eo chant CDF omni pietas scio Pl. chant B omni pietas sic cohibet Z corr. Rib. de activa verbi forma cf. ea quae dixi sub cl. I A, not. animus.

tua circumvenit astutia; — Acci Andromedae v. 102 nisi quid tua facultas nobis tulat opem; — Terent. Hecyr. v. 31, 2 eam calamitatem vestra intelligentia | sedabit; — ex incert. incert. trgd. v. 58, 9 quod ni Palamedi perspicax prudentia | istius perspexet.

Imbecillitas, inscientia, dementia:

Afranii „Repudiati“ f. v. 291, 2 cf. sub 2a not. metus; — Sext. Turpil. in Lemniis v. 96 ita huius inscientia ac dementia extorem facit.

3) ad corpus hominis:

gracilitudo, taetritudo, — dolor:

Acci Amphitr. v. 88 cf. sub 2b not. luctus; — „ Philoetetae v. 555, 6 aspernabilem | ne haec taetritudo mea me inculta faxsit; — „ Myrmidon. v. 13 aut meus [te] maestaret dolor. — Cic. Phil. IX. 4. 9 non multum eius perturbationi meus dolor concedebat; — Cluent. 5. 12 cf. sub 1a not. fama; — Att. XII. 41. 2 incursabit in te dolor meus.

B. subiecti loco reperiuntur substantiva, quae actionem exprimant:

dictum, dictio, praedicatio, verbum, pollicitatio, promissum, assentatio, sermo, oratio, existimatio:

Terent. Heaut. Tim. v. 223 magis nunc me amicae dicta stimulant; — Pacuv. Dulorestae v. 150 sed med incertat dictio; — Plaut. Mil. glor. v. 156 lassitudinem hercle verba tua mihi addunt; — „ Trinum. v. 738, 9 ne istaec pollicitatio | te in crimen populo ponat atque infamiam; — Terent. Heaut. Tim. IV, 4, 1 satis pol proterve me Syri promissa huc induxerunt; — Plaut. Bacchid. v. 411 istaec illum perdit assentatio; — Cic. Cat. M. 1. 3 iam enim ipsius Catonis sermo explicabit nostram omnem de senectute sententiam; — Resp. II. 1. 3 nunc mea repetet oratio populi Romani originem; — Brut. I. 31. 117 quod indicat Gracchi in eum oratio; — Phil. X. 1. 2 eas praecipit oratio tua; — Fin. I. 10. 36 in quo enim maxime consuevit iactare se vestra oratio; — Verr. V. 14. 35 spem reliquae vitae vestra populi que Romani existimatio comprobet; — Quinct. 31. 99 quae existimatio P. Quinctium usque ad senectutem produxit; — al.

accusatio, defensio, damnatio:

Cic. Caecil. 10. 31 qualis erit tua ista accusatio, quae non modo suspicionem, verum etiam mentionem pertimescat; — Verr. III. 31. 74 uni me hercule huic civitati obsistere tua defensio non potest; — Cluent. 4. 10 damnatio omne ignominiae periculum iam abstulerit.

commemoratio, rogatio, petitio:

Cic. fam. V. 12. 1 neque enim me solum commemoratio posteritatis ad spem quandam rapit; — ibid. I. 9. 16 cum Metellum unius tribuni pl. rogatio, me universa res publica — suis viribus recipravisset. — Mur. 18. 37 quod petitio praeturae desiderabat.

professio, consolatio, dubitatio:

Cic. de or. 1. 6. 21 cf. sub A 1a not. vis; — Mil. 36. 100 nunc me una consolatio sustentat; — N. D. I. 23. 63 quippe cum poenam ne dubitatio quidem effugere potuisset.

adventus, conventus, interventus, abitus, reditus, descensio, deambulatio, intercessio:

Caecil. Stat. Epistul. v. 34, 5 animum | adventus angit; — Pacuv. Periboeae v. 303 beluarum [haec] ac ferarum adventus ne taetet loca; — Terent. Phorm. v. 608 adventus huius quo impellat patrem; — Cic. Planc. 6. 1 adventus ipsius ad te satis eum commendabit; — Pomp. 15. 45 huius adventus et Mithridatem continuit et Tigranem retardavit; — Terent. Hecyr. prolog. v. 35, 6 comitum conventus, strepitus, clamor mulierum | fecere; — Cic. Rep. I. 11. 17 num sermonem vestrum aliquem diremit noster interventus; — Plaut. Mostel. v. 711 si abitus tuus tibi, senex, fecerit male; — Cic. Calp. 22. 51 ac meus (reditus) quidem is fuit, ut a Brundisio usque ad Romam agmen perpetuum totius Italiae viderit. — Fin. V. 24. 70 quem Tiberina descensio festo illo die tanto gaudio affecit; — Terent. Heaut. Tim. IV, 6, 2, 3 vel me haec deambulatio | ad languorem dedit; — L. Cornel. Sisen. hist. lib. IV, 114 cf. sub 1a not. nex.

pugna, victoria:

Cic. Phil. XIV. 8. 23 eos enim cives pugna illa sustulerat; — Verr. IV. 54. 121 in hac partitione ornatus non plus victoria

Marcelli populo Romano appetivit, quam . . . ; — Agr. I. 2. 5 quos populo Romano P. Servilii victoria adiunxit; — mult. al.

auxilium, benefactum, scelus, — facinus, labor:

incert. incert. trgd. v. 247, 8 . . . nil fraterni nominis | sollemne auxilium et numen Pietatis movet; — Plaut. Pers. v. 842 pol benefacta tua me hortantur; — „ Rud. v. 198 sed eri me sollicitat scelus; — Terent. Andr. III, 3, 26, 7 priusquam harum scelera et lacrumae confictae dolis | reducunt animum aegrotum ad misericordiam; — Plaut. Aulul. v. 733, 4 quia istuc facinus miserum macerat, meumque cor corpusque cruciat; — Enn. sat. reliq. lib. III, Scipio X, 21 nam tibi munimenta mei peperere labores.

clamor, strepitus:

Terent. Heeyr. prolog. v. 35, 6 cf. not. conventus.

regimen:

Enn. Iphigeniae v. 193 . . . id meis rebus regimen resistat.

aspectus:

Sext. Turpil. Hetaerae v. 25, 6 . . . ita enim eius aspectus repens | cor torporavit homini amore.

experientia:

Var. rer. rust. lib. I, XL primigenia semina dedit natura, reliqua invenit experientia coloni.

dilatatio:

Cic. fam. VIII. 4. 3 quod comitorum dilationes — expectare in dies exitum cogebant.

Classis VII.

Septimae denique classis exempla poetarum tantum propria sunt. sunt enim locutiones, ubi consilio subiecta rei actionis verbis copulantur.

a) et quidem poeta saepe subiecta personalia circumscripsit notionibus impersonalibus; vid. Plaut. Capt. v. 310 tam mihi quam illi libertatem hostilis eripuit manus.

itaque haec exempla habent quandam similitudinem sextae classis.

b) audacissimis translationibus utitur poeta, si rerum situs atque conditiones, personarum affectus atque animi motus splendidiore poeticis coloribus illustrat. quibus abundant:

α) imprimis epicorum poetarum carmina, cf. Enn. annal. lib. XVI, v. 417, 8 interea fax | occidit oceanumque rubra tractim obruit aethra —, etsi eadem exempla etiam apud alios poetas praesto sunt, quibus quidem nimia elatio atque altitudo orationis deminuta est.

β) tum sublimius dicendi genus, quo nonnunquam quivis poeta utitur.

γ) neque minus valet translatio in comparationibus a poetis adhibitis, quae summa animi subtilitate excogitatae atque summo artificio perfectae sunt.

ο) α) poeta comicus persaepe addit subiectis rei verba, quae actionem significat, quae ab hominibus solis possit effici, ita ut ea ipsa re facete dicta fiant; cf. Plaut. Mil. glor. v. 49 offae monent.

β) eodem fere modo nonnunquam existit nimia veritatis translatio, quae poetam comicum redolet.

γ) tertium denique exemplorum genus poetae comici proprium est, quibus tragicorum more magnifice loquens sales sermoni suo aspergere studet.

atque huius quidem classis locutiones apud Ciceronem leguntur, ubi elatiorem sermonem captat.

a) subiecta leguntur:

corpus, membrum, caput, lingua, oculus, nasum, auris:

vid. Afranii Emancipati v. 77 [sic] sollicito corde corpus non potitur nunc quie; — Acci Alpheisiboeae v. 71 ita territa membra animo aegrotō | cunctant¹⁾ sufferre laborem; — Plaut. Aulul. v. 425 si hoc caput sentit; — „ Rud. v. 1355 meus arbitratust, lingua quod iuret mea; — Terent. Hecyr. V, 1, 35 facilem benivolumque lingua tua tibi me reddidit; — Sext. Turpil. Paed. v. 159 tamen oculis longa intercapedine adpetunt cupide intuiti²⁾; — Plaut. Mil. glor. v. 369 qui (oculi) plus vident

1) forma activa deponentis verbi „cunctari“ subiecto rei addita adnotanda est.

2) oculis libri; quam nominativi formam Ribbeckius retinuit.

quam quod vident. — Terent. Phorm. v. 735 . . . nisi me animus fallit aut parum prospiciunt oculi; — Var. de ling. Lat. lib. VII, § 1 ut enim facilius obscuram operam Myrmecidum ex ebore oculi videant; — Cic. Mil. 1. 1 qui (oculi) — pristinum morem iudiciorum requirunt; — Planc. 5. 13 desiderant te oculi mei; — Att. X. 8. 3 pati potuerunt oculi, me cum Gabinio sententiam dicere; — fam. VI. 1. 1 nec avertere a miseriis cogitationem sinunt (oculi); — Plaut. Mil. glor. 1250 nam odore nasum sentiat, si intus sit; — „ Poenul. v. 968 quam orationem hanc aures dulcem devorant¹⁾); — Cic. Brut. 31. 120 oratio contractior, quam aures populi requirunt; — or. 50. 168 meae (aures) quidem et perfecto completoque verborum ambitu gaudent nec amant redundantia.

scapula, brachium, manus:

Plaut. Poenul. v. 153 meae istuc scapulae sentiunt; — Sext. Turpil. „Demiurgus“ f. v. 46, 7 apertae surae, brachia autem pro-cera horrorem mihi | ex corde exsuscitabant; — Plaut. Capt. v. 310 tam mihi quam illi libertatem hostilis eripuit manus; — „ Pers. v. 755 . . . hoc mea manus tuae polum dat.

vox, — ars:

Plaut. Rud. v. 259 nam vox me precantem huc foras excitavit; — Cic. Quint. 15. 50 de quo homine praeconis vox praedicat; — Mil. 35. 95 nec vero haec (vox Tulli) — flens sed hoc eodem loquitur voltu, quo videtis; — Cat. IV, 9, 19 ut me vox officio functa consulari videretur. — Acci Medeae v. 419 principio extispicium ex prodigiis congruens ars te arguit.

b) α) temo, rota, — carina, carbasus:

Enn. Iphigen. v. 178, 9 superat temo | stellae oogens etiam atque etiam | noctis sublime iter²⁾); — „ annal. incert. sed. frgm. v. 548 inde patefecit radiis rota candida caelum; — ibid. lib. XIV, v. 379 labitur uncta carina: volat super impetus

1) omnes locutiones sub a) enumeratae, in quibus, ut antea dixi, subiecta personalia circumscribuntur notionibus impersonalibus, translate dictae sunt. nam actiones, quae insunt verbis, non possunt effici notionibus impersonalibus, sed a personis solis. videlicet videndi actio non propria est oculorum, sed hominis, qui utitur oculis ad videndum. oculi ipsi sunt in statu actionis (videndi).

2) poeta describit, quidnam sit temporis noctis.

undas; — *ibid.* v. 560 *carbasus alta volat pandam ductura carinam.*

fulmen, flamma, stridor:

Acci Clytemnestrae v. 34, 5 *pectore incohatum fulmen flammam ostentabat Iovis*; — *Naev. carm. de bel. Punic. reliq. ex incert. lib.* v. 63 *topper . . . capesset flamma Volcani*; — *Acci Nyctegresiae* v. 484 *scandit oras, laterum testa [flamma] Volcani vorax*; — *eiusdem Philoctet.* v. 566, 7 . . . *unde horrifer | aquilonis stridor gelidas molitur nives.*

aethra, — cortina, — sinus, — terra, mundus:

Enn. annal. lib. XVI, v. 417, 8 . . . *interea fax | occidit oceanum-que rubra tractim obruit aethra*; — *ibid. lib. I,* v. 9 *quae cava corpore caeruleo cortina receptat*; — *Plaut. Poenul.* v. 90 *quantum hominum terra sustinet¹⁾*; — *Liv. Andronic.* „*Ino*“ f. *frgm.* „*Balteus et revocet volucres in pectore sinus*; — *Enn. sat. reliq. lib. III. Scipio IV,* 10 *mundus caeli vastus constitit silentio.*

aedes, tectum, domus, forum, curia, campus, mons, provincia, ara, focus, paries, lapis:

Plaut. Asinar. v. 207 *tum mi aedes quoque arridebant*; — *Acci Philoctetae* v. 550, 1 *quod (tectum) eiulatu . . . | . . . mutum flexibiles voces refert*; — *Cic. N. D. III.* 27. 69 *sentit domus uniuscuiusque, sentit forum, sentit curia, campus, socii, provincia*; — *Acci Telephi* v. 630 . . . *quae mons molliabat mare*; — *Cic. Deiot.* 3. 8 *te amicum et placatum Deiotari regis arae focique viderunt*; — *ibid.* 11. 30 *nulli parietes nostram salutem — custodient.* — *Plaut. Asinar.* v. 31 *num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit²⁾.*

imber, tempestas, fluctus, caerulea salsa:

Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 489, 90 . . . *fremebat | imber Neptuni . . .*; — *ibid.* v. 445, 6 *Iuppiter hic risit tempestatesque serena | riserunt omnes risu Iovis omnipotentis*; — „*Medea*

1) ad eum locum adnotandum est, simul cum eo totum prologum non scriptum esse a Plauto; deinde septimae classis est, si eius rationem habemus, quod cum verborum quadam abundantia exprimuntur verba prosae orationis „omnes homines“.

2) poetice dictum pro „tu me ducis ad molam“.

exsul“ f. v. 218 fluctus verborum aures aucupant¹⁾; — Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 514 inde Parum [circum quam caerula salsa ul]ulabant²⁾.

corpus, caput, auris, oculus, supercilium, palpebra:

Enn. annal. lib. I, v. 96, 7 cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta | avium praepetibus sese pulcrisque locis dant. — Lucil. sat. lib. XXVI, v. 27 tum doloribus confectum corpus animo ob- sistere; — Enn. annal. incert. sed. frgm. 462, 3 oscitat in campis caput a cervice revulsum; — Plaut. Mostel. v. 20 | ubi aetate hoc caput colorem commutavit; — „ Casin. III, 5, 9 unde meae usurpant aures sonitum; — Cic. Phil. IX. 4. 9 co- hortatio gravior quam aures Ser. Sulpicii fere didicissent; — Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 463 semianimesque micant oculi lucemque requirunt; — Plaut. Pseudol. v. 107 ita supercilium salit; — Var. sat. Menip. Papiapapae [περι αγκωμιων] 370 quos palpebrae | tinctae mobili saepto tenent.

sententia, dictum, verbum, sermo, vox, clamor, sonus, echo, nuntius:

Enn. annal. lib. VII, v. 248, 9 ingenium cui nulla malum sententia sua det | ut faceret facinus levis aut malus; — Plaut. Aulul. v. 151, 2 quia mi misero cerebrum excutiunt | tua dicta; — „ Pseudol. v. 470 mea ut migrare dicta possint, quo volo; — „ Poenul. v. 1375 quod verbum aures meas tetigit? — Terent. Hecyr. v. 482 haud invito ad aures sermo mihi accessit tuos; — Plaut. Rud. v. 232 muliebris vox ad auris mihi | ve- nit; — „ Amph. v. 324 vox mihi ad aures advolavit; — „ ibidem v. 333 hinc enim mihi vox dextra aures, ut videtur, verberat; — „ Rud. v. 234 certo vox muliebris tetigit aures meas; — Lucil. sat. lib. XXVI, v. 52 quaenam vox ex tete reso- nans meo gradu remoram facit; — Cic. Div. I. 44. 99 ex oc- culto auditas esse voces, quae pericula belli nuntiarent; — Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 520 clamor ad caelum volvendus per aethra va git; — ibid. v. 508, 9 cumque caput caderet, carmen tuba sola peregit | et pereunte viro raucum sonus aere cucurrit; — Acci Phinidae v. 572, 3 echo | crepitu dangente cachin- nat; — Plaut. Bacchid. v. 196, 7 egon' ut, quod ab illoc atti-

1) figurate dictum est.

2) omnia coniectura ab Ilbergio sunt expleta.

gisset nuntius, | non impetratum id adveniēti ei redderem? —
 ibid. v. 528 . . . si a me tetigit nuntius cf. incert. incert. trgd.
 v. 23.

barba, lanugo, coma, cor, lien, pes, — sanguen, — lacrima:
 incert. incert. trgd. v. 191, 2 si tum inter oris barba pedore hor-
 rida | intonsa infuscata pectus inluvie scabrum; — Acci „Bacchae“
 f. v. 246 si lanugo flora nunc demum inrigat (genas); — Pa-
 cuv. incert. fab. v. 361 hunc primum opacat flora lanugo genas;
 — Var. sat. Menip. „Eumenides“ 149 . . . comam volentem;
 — Plaut. Aulul. v. 626, 7 continuo meum cor coepit artem fa-
 cere ludicram, | atque in pectus emicare; — „Cistel. v. 271
 . . . iam horret corpus, cor salit; cf. Mil. glor. v. 1083; —
 „Casin. II, 6, 63 de labore pectus tundit (cor); — Enn. „Al-
 cumeo“ f. v. 32 sed mihi ne utiquam cor consentit cum ocu-
 lorum aspectu; — Plaut. Mercat. v. 123, 4 . . . seditionem facit
 lien, occupat praecordia; — Terent. Eunuch. v. 729 postquam
 surrexi, ne pes neque mens satis suum officium facit; — Var.
 rer. rust. lib. II, 6 . . . quod te empturientem . . . ad merca-
 tum adducunt crebro pedes; — Cic. Att. XV. 16. 6 itaque me
 referunt pedes in Tusculum; — Enn. „Alcumeo“ f. v. 24 quin
 refugiat timedo sanguen atque exalbescat metu; — Afranii
 „Martarterae“ v. 214 . . . lacrimae linguam saepiunt.

bonum, malum, dolor:

Plaut. Mostel. v. 50 meum bonum me, te tuum maneat malum;
 — Pacuv. Niptrae v. 257, 8 ne succussu arripiat maior | dolor . . .

tuba, hasta, telum, catapulta, aculeus, clipeus, mucro, pugio, arma:
 Enn. annal. incert. sed. frgm. v. 452 at tuba terribili sonitu tara-
 tantara dicit; — ibid. v. 508, 9 cumque caput caderet, carmen
 tuba sola peregit; — „ „ lib. XVI, v. 395 ingenio forti dex-
 trum latus pertudit asta; — „ lib. XI, v. 365 missaque per
 pectus dum transit, striderat hasta; — „ lib. XVI, v. 397, 8
 . . . tamen induvolans (= involans) secum abstulit hasta | in-
 signe; — tela volant sim. cf. Enn. annal. lib. IX, v. 319;
 „ lib. XVI, v. 397; trgd. incert. nom. reliq. v. 331; — Plaut.
 Curcul. v. 398 nam catapultae illaec ad me crebro commeant;
 — „ Trinum. v. 100 iam dudum meum ille pectus pungit acu-
 leus; — „ Mil. glor. v. 4 (ut . . . clipeus) praestringat ocu-

lorum in acied aciem hostibus; — Cic. Lig. 3. 9 cuius latus ille mucro petebat; — Phil. XIII. 16. 33 tibi — pugio respondedit; — Phil. II. 8. 20 cedant — arma togae.

caries, — mantisa, — satias, — esurigo, — potio, — palla, — spes, — ungula:

Lucil. sat. lib. VII, v. 15 ne auriculam obsideat caries; — „ lib. III, v. 31 mantisa cantheri costas gravitate premebat; — Terent. Hecyr. IV, 2, 18 dum aetatis tempus tulit . . . satias iam tenet | studiorum istorum; — Var. sat. Menip. „Ταφη Μεμνρον“ 521 quod esurigo findebat costas; — Plaut. Trucul. v. 45 eaque intra pectus se penetravit potio; — „ Menaech. v. 616 palla pallorem incutit; — „ Trucul. v. 876 si auferis puerum, a milite omnis tum spes animam efflaverit; — Enn. sat. reliq. IV, 12 Sol equis iter repressit unguis volantibus; — „ annal. lib. VIII, v. 281 . . . summo sonitu quatit ungula campum cf. lib. VII, v. 3; lib. XVII, v. 419.

limbus pictus:

Var. sat. Menip. „Dolium aut Seria“ 92 mundus domus est maxima homulli, | quam quinque altitono agmine zonae | cingunt, per quam limbus pictus | . . . bigas acceptat.

corona:

Var. sat. Menip. „Modius“ 307 capitis corona bacis Liberi | facilem labore flatili viridis premit.

β) pestis, senium, scabies, inlucies, nigror, pigror, languor, torpor: Titinii „Veliterna“ f. v. 147/8 quot pestis senia et iurgia his simul emigrarunt aedibus; — Lucil. sat. lib. XXX, v. 88, 9 inlucies, scabies oculos huic deque petigo | conscendere; — Pacuv. incert. fab. v. 412 tenebrae conduplicantur, noctisque et nimbrum obcaecat nigror; — Lucil. sat. lib. X, v. 2 obrepitque pigror, languor, torporque vietus; — ibid. lib. III, 40 . . . tantus conduxerat omnia torpor.

vastitudo, vastitas, solitudo, — maestitudo, lactitia, prolubium, voluptas:

Acci Meleagri v. 455 quae vastitudo haec aut unde invasit mihi? — Var. sat. Menip. „Prometheus liber“ 426 mortalis nemo exaudit, sed late incolens | Scytharum inhospitalis campis vastitas.

— Acci Telephi v. ⁶¹⁴/₆₁₅ 616 . . . ni vestitus taeter, vastitudo, | maestitudo praedicarent, hominem esse; — Sext. Turpil. Leucad. v. 113, 4 me miseram terrent omnia: | maris scopuli, sonitus, solitudo, sanctitudo Apollinis¹); — Cic. Arch. 8. 19 hoc poetae nomen saxa et solitudines voce respondent. — L. Pomponii „praeco posterior“ v. 141 quot laetitia inasperatas modo mi inrepsere in sinum; — Caecil. Stat. „Hypobolimaeus Rastraria“ f. v. 91 quod prolubium, quae voluptas, quae te lactat largitas.

dulcitas, — **largitas**, — **gratia**, — **dignitas**, **nomen**, **nobilitas**: Caecil. Stat. „Syracusii“ f. v. 217 tantan hinc invasit in corollam dulcitas? — eiusdem „Hypobolimaeus Rastraria“ f. v. 91 cf. sub not. voluptas; — Lucil. sat. lib. II, v. 31, 2 . . . per inhospitasqua vagantem | rerum animo sequitur captarum gratia maior; — Acoi Astyanactis v. 188 commovit animum excelsa aspecti dignitas; — Cic. Ver. IV. 30. 68 Capitolium sic ornare, ut templi dignitas imperiique nostri nomen desiderat; — Acci „Tereus“ f. v. 643 famae nam nobilitas late ex stirpe praeclara evagat.

furor, — **impetus**, — **iurgium**, — **sanctitudo**, — **sonus**, — **sonitus**, — **echo**, — **motus**:

incert. incert. trgd. v. 38 Martem fatigat prodigus vitae furor; — Cic. Pomp. 12. 34 quam celeriter Cn. Pompeio duce tanti belli

1) terrere verbum est in numero verborum affectuum habendum, de quibus nonnulla addenda sunt. ut enim recte de eis iudicemus, ante omnia necesse est, eorum naturam atque rationem nos perspicere. verbis enim affectuum non contineri actionem, sed actionis quendam statum, ipso verborum nomine indicatur. attamen concedendum est, eadem verba, ut gaudere, timere, metuere, amare, delectare sim., actionem posse exprimere, ita ut cum accusativo obiecti coniungantur, exempli causa metuere, amare aliquem etc. duplex igitur verborum est natura. — quam Ahlénus non accurate distinxit, etsi saepius recte sensit, cum in dissertatione exempla enumeratis immiscuerit, quae ad nostram quaestionem omnino non attingunt, quod verbis non actionis vis atque potestas subest, sed actionis tantum status; vide exempli gratia Phil. V. 13. 35 quamquam in memoria gratorum civium tamquam in luce posita laetetur sc. virtus; — Sest. 69. 145 lugenti patriae; — Calp. 8. 17 cum videres, maerere rem publicam; neque suo loco sunt omnia exempla, quibus verbum „abhorrere“ inest; quae Ahlénus cum aliis omnia confert sub cl. V verborum, quod id verbum nunquam actionem significat. attamen eiusmodi exempla non negligenda sunt. namque abhorrendi status non dici potest nisi de personis. est igitur translatio quaedam intelligenda in locutionibus, ubi subiectum est notio impersonalis, quae vero pertinent ad alteram nostrae quaestionis partem, cuius tractationem in posterum distulimus.

impetus navigavit. — Sext. Turpil. Leucad. v. 113, 4 cf. sub not. solitudo; — Titinii „Veliterna“ f. v. 174/8 cf. sub not. pestis; — Enn. annal. lib. II, v. 122 olli respondit suavis sonus Egeriai; — Sext. Turpil. Leucad. v. 113, 4; — Var. sat. Menip. „Sesculixes“ 467 . . . Pieridum comes, quae tenet caena putri gelo montium | saxa. — Acci Troad. v. 479, 80 sed utrum terraene motus, sonitusve inferum | pervasit aures.

mare, amnis, terra, mons, scopulus, caelum, — calor, frigor:

Plaut. Amph. v. 1055, 6 ita mihi videntur omnia, mare, terra, caelum consequi | iam ut opprimar; — „Mercat. v. 859, 60 neque mihi obsistet amnis, nec mons neque adeo mare, | nec calor nec frigus; — Var. sat. Menip. „Ανθρωποπολις“ [περι γενεθλιακης] 36 non demunt animis curas ac religiones | Persarum montes, non atria diviti' Crassi; — cf. Plaut. Amph. v. 1055; Sext. Turpil. Leucad. v. 113, 4.

vestitus, — corpus, oculus, lacrima, lingua, manus:

Acci Telephi v. ⁶¹⁴/₆₁₅ 616 cf. sub not. vastitudo; — Plaut. Asinar. v. 518 lingua poscit, corpus quaerit, animus hortat, res monet; — ex incert. incert. trgd. v. 189, 90 refugere oculi: corpus macie extabit: | lacrimae peredere umore exanguis genas; — Cic. Verr. V. 58. 153 cui civi supplici non illa dextera invicta fidem porrexit et spem salutis ostendit.

columna, — atrium, — habena, — tabula, — terminus:

Enn. sat. reliq. lib. III Scipio VII, 16, 7 quam tantam statuam statuet populus Romanus, | quam columnam, quae teque et tua gesta loquatur? — Var. sat. Menip. „Ανθρωποπολις“ 36 cf. sub not. mons; — ex incert. incert. trgd. v. 125, 6 . . . nam exultantem te et praefidentem tibi | reprimet validae legum habenae, atque imperi insistent iugo; — Cic. Ver. II. 42. 104 tabulae sunt in medio, quae se corruptas atque interlitas esse clamant; — Acci Hecubae v. 481 veter fatorum terminus sic iusserat¹⁾.

γ) marculus, — sentis, — telum:

Lucil. sat. lib. v. 117, 8 et velut fervens cum marculu' ferrum | multorum magnis incumbentum icibus tundit; — Plaut. Casin.

1) ea locutio respicit ad obscuram ipsam atque arcanam fatorum agendi rationem.

III, 6, 2 quia, quod tetigere, ilico rapiunt (sentes) si eas er-
 eptum, ilico sciñdunt¹⁾. — Enn. annal. lib. XVIII, v. 431, 2 undi-
 que conveniunt vel ut imber tela tribuno: | configunt parmam.

c) α) **auris, oculus, lingua, guttur:**

Plaut. Pers. v. 495 benedictis benefacta aures meae auxilium ex-
 postulant; — „ Mil. glor. v. 558, 9 nam illius oculi atque
 aures atque opinio | transfugere ad nos; — ibid. v. 879 post-
 quam adbibere aures meae tuae loream orationis; — „ Stich.
 v. 260, 1 quae (lingua) quidem dicat 'dabo' | veterem reliqui:
 ecillam, quae dicat 'cedo' . . . ; — „ Asinar. v. 291 quin ego hanc
 iubeo tacere, quae (lingua) loquens lacerat diem; — „ Pers.
 v. 430 nisi me haec (lingua) defendet, nunquam delinget
 salem; — Var. sat. Menip. „lex Maenia“ 237 exercebam ambulando,
 ut siti capacior ad cenam veniret guttur.

scapula, manus, venter, intestina, cor, femur, genu, — carbunculus:

Plaut. Asinar. v. 315, 6 ergo mirabar, quod dudum scapulae ge-
 stibant mihi, | ariolari quae occeperunt, esse sibi in mundo
 malum; — „ Trucul. v. 901 manus vetat, priusquam penes sese
 habeat, quicquam credere; — „ Asinar. v. 202 semper oculatae
 sunt manus nostrae, credunt, quod vident; — Aquilii Boetiae
 v. 6 ubi is (venter) non monebat esse, nisi quom nil erat; —
 Plaut. Casin. IV, 3, 56 . . . mihi inanitate | iam dudum inte-
 stina murmurant; — „ Pseudol. v. 1035 ut exolatum ex pe-
 ctore aufugiat me (cor); — ibid. v. 1189 nempe quod femina
 (= femora) summa sustinent; — „ Mercat. v. 122 . . . genua
 hunc cursorem deserunt; — „ Mostel. v. 986 amburet ei
 misero corculum carbunculus.

anima, — odos, — fames:

Titinii Fulloniae v. 20 interea foetida anima nasum oppugnat;
 — Plaut. Pseudol. v. 840, 1 ubi omnes patinae fervont, omnes
 aperio: | ibi odos dimissis manibus in caelum volat; — „ Poenul.
 v. 14 nam nisi clamabis, tacitum te obrepet fames.

memoria:

Plaut. Trucul. v. 221 vorterunt sese memoriae²⁾.

1) comparantur ministri et servi sentibus.

2) haec verba leguntur in meditatione ancillae, quae abundat sale atque

opinio :

Plaut. Mil. glor. v. 558, 9 cf. sub not. auris.

mos :

Plaut. Trinum. v. 1037 mores leges perduxerunt in potestatem suam¹⁾.

iniuria :

Plaut. Rud. v. 626 praetorquete iniuriae prius collem, quam ad vos pervenat.

fortitudo :

Terent. Phorm. v. 425 vereor, ne istaec fortitudo in nervom erumpat.

lassitudo :

Acci Meleagri v. 456 cave ne lassitudo poplitum [tuum] cursum levet.

arma, machaera, clypeus, petasus :

Plaut. Epidic. v. 30 pol illa (arma) ad hostes transfugerunt; — ibid. v. 32 travolarunt (arma) ad hostis; — „ Pseudol. 1185 quid meret machaera?²⁾ — „ Curcul. v. 574, 5 at ita me machaera et clypeus . . . | bene iuvent pugnantem in acie; — „ Pseudol. v. 1186 quid mercedis petasus hodie domino demeret?

aqua, vinum, — cantharus, cyathus, cadus, patera :

Plaut. Aulul. v. 94 tum aquam aufugisse, dicito, si quis petet; — „ Trucul. v. 831 non vinum viris moderari, sed viri vino solent; — „ Stich. v. 705 . . . cur hic cessat cantharus; — Lucil. sat. lib. XXVIII, v. 39, 40 ad cui? quem febris una atque una ἀπειρία, | vini, inquam, cyathus unus potuit tollere; — Plaut. Mil. glor. v. 846 hoc illi crebro capite sistebant cadu; — „ Mostel. v. 785, 6 tu alium peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sosiam; | nunc si patera pateram peperit, omnes congemnavimus.

facetis, et propter sententiarum connexum noster locus facete dictis adnumerandus est.

1) Plautus ea verba loquentem facit Stasimum servum philosophantem, quo magis nostrum excitet risum.

2) habemus hoc loco iterum formam activam deponentis verbi subiecto rei additam, non medialem propter notionem illi subiunctam.

lanx, — **sumen**, **saperda**, **iura siluri**, **offa**:

Lucil. sat. lib. incert. v. 49 illum sumina ducebant atque altium lanx¹⁾; — ibid. lib. IV v. 7 occidunt, Lupe, saperdae et iura siluri; — Plaut. Mil. glor. v. 49 offae monent²⁾.

lectus, **vidulus**, **cistella**, — **aedes**, **arcus**, **fores**:

Plaut. Bacchid. v. 54 quid est, quod metuis? ne tibi lectus malitiam apud me suadeat? — „ Rud. v. 995 . . . nullus (vidulus) minus saepe ad terram venit³⁾; — „ Cistel. IV, 2, 65 hic mihi, adolescens, evolavit (cistella); — ibid. IV, 2, 18 . . . perdita (cistella) perdidit me; — ibid. IV, 2, 11 et utrum hac an illac iter (cistella) institerit; — „ Pseudol. v. 953 qui edepol ipsum lenonem evomunt aedes; — „ Curcul. v. 129 . . . ecce autem bibit arcus; — ibid. v. 161 foribus dat aquam, quod bibant (sc. fores); — „ Trucul. 351 quae (fores) absorbent, quidquid venit intra pessulos; — „ Poenul. v. 609 fores haec fecerunt magnum flagitium; — „ Stich. v. 312 nimis vellem hae fores erum fugissent.

aliae quaedam notiones: **decimae**, — **follis**, — **littera**, — **praeda**, — **subscus**, — **tempesta**, — **ulmus**:

Lucil. sat. lib. XXVI, v. 18 denique adeo male me accipiunt decimae et proveniunt male; — Plaut. Bacchid. v. 21, 2, 3 scio spiritum eius maiorem esse multo, | quam folles taurini halitant, quom liquescunt petrae; — Pacuv. Niptrae v. 250 nec ulla subscus cohibet compagem alvei; — Plaut. Mostel. v. 139, 40 haec (tempesta) verecundiam mi et virtutis modum | deturbavit detexitque a me illico⁴⁾; — „ Epid. v. 311 (metuo) ne ulmos parasitos faciat, quae (ulmi = ulmae virgae) usque attondeant.

β) **frons**, **oculus**, **lingua**, **oratio**, — **lacrimola**, — **viginti minae**:

Plaut. Aulul. v. 599 eri ita imperium ediscat, ut, quod frons velit, oculi sciant⁵⁾; — „ Mercat. v. 591 ni oculi lacrimis de-

1) Lucilius gulones risit.

2) offae monent A offae monet recensio Palatina offa me monet cod. vet. manus tertia.

3) Grippus piscator Trachalioni servo vult imponere, vidulum esse piscem.

4) figurate id dictum est de persona meretricis.

5) poeta comicus hac veri superlacione declarare vult, quantopere dediti sint servi eris suis adolescentibus et quam familiares, ut pro summa qua praediti sunt calliditate ex vultu eri, quid velit ille, cognoscant.

ferendat, iam ardeat credo caput¹⁾; — „ Trucul. v. 492 neque ille (sc. placet), quouis lingua gladiatorum aciem praestringit domi; — „ Mercat. v. 607 illaec interemit me modo odio oratio; — Terent. Andr. v. 251 oratio haec me miserum exanimavit metu; — „ Eunuch. I, 1, 22 et 24 haec verba una me falsa lacrimola. | . . . | restinguet; — Plaut. Asinar. v. 633 argenti viginti minae med ad mortem adpulerunt.

γ) volsellae, pecten, speculum, calamistrum, — sarculum, — saturitas:

Plaut. Curcul. v. 577, 8 at ita meae volsellae, pecten, speculum, calamistrum meum | bene me amassint meaque exicia linteumque extersui; — „ Trucul. v. 276 . . . at ita me amabit sarculum; — „ Capt. v. 371, 2 ita me amabit sancta saturitas | Hegio, itaque suo me semper condecoret cognomine.


pestis, labes, absumedo, calamitas, clades, — intemperies, — lassitudo:

Plaut. Capt. v. 897, 8, 9 quanta pernis pestis veniet, quanta labes larido, | quanta sumini absumedo, quanta collo calamitas, | quanta laniis lassitudo, quanta porcinnariis; — „ ibid. v. 905 clades calamitasque, intemperies modo in nostram advenit domum; — „ Poenul. v. 923, 4 dei immortales, quanta clades, quanta advenit calamitas | hodie ad hunc lenonem.

distractio, discidium, vastities, — petulantia, — viduitas:

Plaut. Pseudol. v. 69, 70 harum mihi voluptatum . . . | distractio, discidium, vastities venit; — „ Cistel. IV, 2, 3, 4 itaque petulantia mea me animi miseram habet, | quae in tergum ne veniat, male formido; — „ Rud. v. 664, 5 nunc id est, quum omnium copiarum atque opum, | auxili, praesidi viduitas nos tenet.

1) oculi lacrimis defendant cum Ritschelio scribendum est. oculos lacrimae defendat B ex oculis lacrumae defendant G ex oculis lacrumae descendant F.



VITA.

F. Guilelmus Bock natus sum Coesfeldiae, in oppido Guestfaliae, anno LXIV h. s. prid. Cal. Oct. patre Antonio, matre Maria e gente Fluechter. fidem profiteor catholicam. primis litterarum elementis imbutus anno LXXIII in gymnasium Coesfeldiense receptus sum et per novem annos et sex menses totum eius cursum absolvi. — anno LXXXIII maturitatis testimonium adeptus philologicis studiis in academia Monasteriensi per bis sex menses me dedi. cum deinde insequentis anni aestate universitatem, quae est in oppido Giessa, et hieme eiusdem anni Berolinensem universitatem frequentassem, Lipsiam me contuli, ubi civibus academicis adscriptus usque ad mens. Ian. anni LXXXIX versatus sum, quo tempore hac mea dissertatione tradita examenu, ut summi mihi in philosophia honores rite concederentur, superavi.

docentes audiivi per totum id tempus viros illustrissimos Hagemann, Langen, Parmet, Stahl, Storck (Monasterii), Philippi, Schmidt (Giessae), E. Curtius, Lazarus, Michaelis, Scherer (Berolini), G. Curtius, Hanssen, Hildebrand, Lipsius, Ribbeck, Wachsmuth, Zarncke (Lipsiae). — duos per annos societatis Ribbeckianae sodalis fui.

quibus omnibus viris doctis gratias ago quam maximas, imprimis vero O. Ribbeckio, qui studia mea semper summa benignitate fovit et me in hac dissertatione conscribenda consilio suo benevolentissime adiuvit.



YC 00452

